



Dialogus de avibus, et earum nominibus Graecis, Latinis, & Germanicis : non minus festiuus, quam eruditus & omnibus studiosis ad intellige[n]dos Poëtas maxime? utilis.

<https://hdl.handle.net/1874/432642>

4

DIALOGVS
DE AVI-
BUS, ET EARVM
nominibus Græcis, Latinis, & Ger-
manicis.

Non minimis festiuus, quàm eruditus,
& omnibus studiosis ad intelligēdos
Poëtas maximè utilis.

Per Dn. Gybertum Longolium, artium & Medicinæ
Doctorem clarissimum, paulò ante mortem con-
scriptus.

Epitaphium auctoris ad libelli finem adiecimus.

Cum gratia & priuilegio.

Coloniæ excudebat Io. Gymnicus,
Anno M. D. XLIIII.

DIALOGVS

DE AVI

PNIS ET BARNI

in omnibus Graecis, Latinis, & Germanicis

linguis

Non minus fastidius quam eruditus

et omnibus linguis et litteraturis

Potius maxime utilis

Prætorum, Magistrorum, et aliorum

in hoc seculo et in futurum

sempiternus

Et quibus aliis ad hanc partem

cum gratia et privilegio

Coloniæ excelsæ de Germania

anno M. D. XLIII

ERVDITIONE SI-

MPL ET PIETATE CONSPI-

cuo domino, dn. Hermanno Xylonio

Abbati à Vuerden, Guilibels

mus Turnerus Medicus,

S. P. D.



Vsticum quendam apud

Anglos fuisse tradunt,

qui, quum quotidie mul-

tos sacerdotes suauiter,

et in ocio uiuentes cerneret, et ex

sola Missa tantum diuitiarum refe-

rentes, ut non solum se, sed et paren-

tes insuper splendide alere suffice-

rent, animaduerteret, filium suum uis-

ginti annos natum, omnium tamen lite-

rarum prorsus rudem, ad Grammas-

ticum quendam, cuius opera multos eua-

sisse sacerdotes audierat, adduxit,

A 2 illum

E P I S T O L A

illum obnixè orās, ut filium suū quān
breuissimō posset tempore, in sacers
dotem creatum curaret. Sed quæren
ti Grammatico, num Terentium, aut
Vergilium, aut Salustium filio præ
legi uoluerit (nam istos tam grandis
bus solebat enarrare) respondisse,
se nihil horum: ut quos audierat ratio
nem ritè Missam celebrandi nō tra
dere, prælegi uelle: sed Missalem li
brum tantum, ut maturè filius sacers
dos euaderet. Hunc indoctū & auar
rum rusticum hodiè non parū multū
imitatur, qui sibi satis urbani, docti et
liberales uideri uolunt, non solū Grā
matici, Iureconsulti & philosophi,
sed & Medici & Theologi, quos
ab ignorantia & auaritia oporteret
esse alienissimos. Vbi enim ludimagi
strum

strum offendes, qui pro erudiendis
 pueris non magna poscat salaria, pri
 usquam tria herbarum nomina, tot
 auium & piscium exactè tenuerit?
 Quæ academia est, in qua studentium
 bona pars, philosophiæ fructum &
 insignia, ante cognita ea, sine quibus
 nemo uerus potest esse philosophus,
 non appetat? Vbi sita est urbs illa,
 in qua Medici ante cognita instrumē
 ta artis suæ, medicinam nō faciunt?
 Quis uspiam terrarum Episcopas
 tus est, in quo multi linguarum omni
 um rudes (quæ tamen ad intelligens
 das scripturas præcipuum adferunt
 adiumentum) Theologiæ laurea nō
 insigniuntur, aut saltem Theologiæ
 stipendia sine ulla Theologia conse
 quuntur? Ecce quò miseros mortales

E P I S T O L A

infelix pecuniæ studium, quod non sine causa Paulus omnium malorum radicem facit, perduxit? Miserum sanè & turpe est, Philosophos, Medicos, Theologos, & reliquarum artium professores studio, unde studiosi libenter audiunt, & diligentia ab infima artificum fece superari. Nullus, qui sedentariam artem exercet, siue sutoriam, siue sarctoriam, qui instrumentorum artis suæ nomina omnia in digitis non teneat, & omnia, quæ ad artem pertinent, probe non nouerit, priusquam salua fronte illam audeat publice profiteri. At Grammatici ferè omnes perfricta fronte, exceptis paucis eruditioribus, omnes officij sui numeros se expleuisse putant, si inter exponendum bonos auctores nomen

herba,

NVNCVPTORIA.

herbæ, auis, aut piscis occurrat, suo generi nullo proprio addito nomine, referant, ueluti si Erithacum auem, Acumpiscem, & Ligustrum herbam, quum arbor tamen sit, esse doceant. Qui politica docet, aut ethica, quum commodiora morum & politicæ exempla in rerum natura peti non possint, aliundeq; ex auibus, infectis & cæteris animalibus istarum cognitione destitutus, nonne mancus (ut ita loquar) erit professor? Qui naturalem philosophiam profitetur, cuius peculiare munus est, abditas rerum causas euestigare, & earum naturam docere, quanta cum laude, rerum, quas nescit, aut naturas, aut causas indicabit? Si Medicus ægrotum curandum susceperit, quibus instrumen

E P I S T O L A

tis ad profligandum morbum erit illi
 utendum? Num magicis incantamen-
 tis? num aqua lustrali, aut uotis Diuo
 cui piã nũcupatis? Istis nemo, nisi de-
 cẽ Anticyris dignus, utetur. Quod
 si cõmoda uictus ratione, medicamen-
 tis simplicibus & cõpositis tanquam
 ueris instrumẽtis utendum erit, quum
 uictus ferẽ totus in auibus, piscibus,
 quadrupedibus, & herbis consistat:
 quã feliciter ille uictum ægrotis
 præscribet, qui quid inter Boscam et
 Butconem intersit, & quid distent
 erua lupinis, nõ nouerit? Simplicibus
 ignotis, compositorum naturam ad se
 qui nemo poterit. Porro, si simplicis
 bus medicamentis contra morbum pu-
 gnandum erit, quanto cum successu
 simplicia adhibebit, cui simplicia om-
 nino

nino sunt incomperta & incognita?
 Eodem nimirum, quo ille, qui phar-
 macopolæ sui peritia contentus, ad
 perpetuū decēniū in omnibus morbis
 lienis pro tamarice taxū, apibus læta
 le uenenū, & ita hominibus salubrē,
 ut qui sub umbra eius tantum dormis-
 unt (si Dioscoridi credimus) læ-
 dantur, & interdū moriantur, ægro-
 tis propinauit. Miserum est igitur,
 Grammaticum, herbarum, auium, et
 piscium ignarum esse: philosopho tur-
 pe. Medico autem miserum, & turs-
 pe, & Reipublicæ exitiosum. Quæ-
 re author ero omnibus Grammati-
 cæ philosophiæ & Medicinæ studio-
 sis, ut harum rerum cognitionem om-
 ni adhibito studio & diligentia imbi-
 bant, aut saltem, si non datur ultra

A S progre

E P I S T O L A

progredi, nomina in numero habere
 ant. Sed ne quis forte causetur deesse
 doctos præceptores, ex quibus ista di-
 scat, ex mutis magistris, non tamen
 indoctis, ex libris Dioscoridis, Theo-
 phraſti, Ruellij, Fuchſij, Muſæ,
 Cordi, & Geſtneri, herbas diſcere
 licebit. Si piſces ex Ariſtotele &
 Plinio, utpote difficilioribus, quàm ut
 à quouis intelligi poſſint, cognoſcere
 inuentus nõ poſſit, ex neotericis, Pau-
 lus Louius, Maſſarius Venetus, &
 Petrus Gyllius, non indoctè ſcripſe-
 runt, qui ad intelligendos Plinium &
 Ariſtotelem, lectorem non parum
 iuuabunt. De auiſus (quod ſcio) ne-
 mo, præter Petrum Gyllium ex re-
 centioribus, uel tãtillum ſcripſit. Ex
 quo naturas auium & mores potiùs,
 quàm

NUNCIATORIA.

quàm aues ipsas, & earum huius temporis nomina petere licebit. Sed hac in parte ne studiosa iuventus merito conqueri possit, se ad intelligendum Plinium & Aristotelem, qui medio cribus ingenijs nequaquam patent, omni præsidio destitutam, in istis authoribus sine cortice natare non posse: præclarus ille Medicus & philosophus, piæ memoriæ Gybertus Longolius paulò ante mortem ad illustrandam hæc disciplinæ partem, recentioribus intactam, librum de auibus conscripsit. Quem, immatura morte interceptus, multò breuiorẽ, quàm decreuerat, si Deus illi longiorẽ uitam concessisset, non tamẽ inutile, aut indoctum reliquit. Hunc ego, typis nunc excusum, & in gratiam studiosorum

E P I S T O L A

forum iuuenum in lucem editum, non
 paucis alijs occurrentibus, qui non in-
 digni forsā uideri possint, tibi uir
 undecūq; doctissime, potissimum de-
 dico, non solum quòd Longolio, dum
 in uiuis esset, ex animo faueres, (ut
 summa beneuolentia omnes uerè do-
 ctos prosequeris:) sed quòd Gracè
 & Latine non uulgariter doctus, et
 rerum tam humanarum, quàm diuina-
 rum cognitione opulèter instructus,
 librū à uitigatoribus, si qui forsitan
 existerent, auctoritate tua & erudi-
 tione adserere possis, & defendere.
 Libellus (fateor) breuis est, sed qui
 Medicinæ tyronib. multa cognitu di-
 gnissima exhibet, quæ aut prorsus nul-
 li, aut perquã paucissimis his sexcen-
 tis retrò annis fuerunt cognita. Sed
 qualis

NVNCVPATORIÆ

qualis qualis est, æqui boniq; consu-
le. & de auibus, quas Longolius non
attigit, quò suppleam, quod Longo-
lij libro deesse uidetur, uolète Deo,
qui te quàm diutissimè incolumem con-
seruet, breui conscribam. Vale.

Coloniæ decimo calend. Fe-
bruarij. Anno M.

D. XLIIII.

DIALOGI INTER
LOCUTORES, PAMPHI-
LUS, Longolius.



AVCVPIO te studu-
isse oportet, cum he-
sterna coena tot volu-
crum genera, recense-
res, quas nemo natus usquam gen-
tium existere arbitraretur. At tu
non modo harum nomina, quibus
uestrates eas compellant, tibi nota,
sed & historias praedicabas, para-
tumque te exhibebas, de his pro tem-
pore & ocio rationem reddere, mo-
do eos tibi uideres adiungi audito-
res, qui non altercandi animo, sed
discendi studio flagrarent. Nunc au-
tem cum ocium habemus, & ego
avidissimo cognoscendarum res-
rum desiderio languco, recte fece-
ris, si mihi, quae a te heri in conuiu-
uio

uio, propter loquacitatem garrulitatemq; muliercularum turbulento, obiter dicta sunt, explices modo, & paulò diligentius. Interea memetipsum ita comparabo atq; componā, ut unus ego tibi multorum auditorū loco esse possim.

LONG. Facis tu quidem auarorum more: qui quò plus nacti fuerint, hòc magis magisq; excitātur, ut plura concupiscere nō desinant. Hactenus inexplebili desiderio, herbarum cognoscendarum gratia, omnes propemodum orbis nostri partes perreptasti. Nihil in Gallia, nihil in Italia, nihil apud Germanos uspiam terra producit, quod tibi ignotum sit: & iam auium quoq; historiam desideras. Atqui ego hanc, ueluti nullius precij, aut utilitatis hactenus negligi-

ab

D I A L O G V S

ab omnibus, ne dicam contemni,
 uideo. Id ipsum, mi Pamphile, in eā
 cogitationem uenire me fecit, uti
 ipse quoq; non admodum magnā,
 ut diligētem hominem decet, ope
 ram huic rei nauauerim. PAMP.
 Contemni tu putas hanc naturæ
 partem? ego uerò longè aliter exis
 timo. Nam cum propter uarietas
 tem generis, propemodum infin
 itæ sint auium species; nemo ha cte
 nus ausus fuit manum admouere
 calamo, quo singulas uel Grecis
 uel Latinis nominibus appellatas,
 describeret. Itaq; non tam contem
 ptus caussa, quàm quòd despera
 rint, bonam harum partē suis uo
 cibus appellari posse, hanc prouin
 ciam à se abdicarunt. LONG.
 Neq; hoc mirandum est, cum uide
 amus Aristotelem & Aelianum
 apud

apud Græcos, Romanorum uerò Plinium & Nemesium nulla in natura parte describenda ieiuniores, quàm in auiū historia. Nostri uerò homines, quanquam nihil omnino in natura rerum existat, quod non uideātur pulchrè didicisse: nescio tamen quī fieri potuit, ut ieiunè adeò & exiliter auium historiam percurrerint. Et quanquā expresso nullus peculiariter auium singulas species attigerit: non possum tamen non laudare Volateranū Raphaëlē, qui id, quod potuit, præstitisse uidetur. Albertus uerò monachus, planè inter Barbaros reiiciendus est: nam & multa scripsit, quæ neq; ipse neq; alius quispiam uidit: itaq; mendacijs non potuit facilè omnibus os non sublineare. Præter hos autem haud facilè

B quena

quenquam lectione dignum de-
 prendas. PAMP. Miror te Io-
 annis Cari mentionem nullam face-
 re, qui cum Hispanis suis nauigās,
 aliquot prodigiosas auium formas
 depinxit. LONG. Carus homi-
 num more, cum peregrè proficisce-
 res, fecit. Nā Homericus uersus me-
 mor, quo turpe esse proditur, pere-
 grè proficisci, uacuumq; domum re-
 dire, mendaciorum plaustra secum
 attulit. PAMP. Indignum er-
 gò lectione studiosorum arbitra-
 ris? LONG. Dignarentur eum
 multi nouitatis studiosi, si non cū
 Barbaris suis auibus Barbaram fas-
 ceret linguam. Neque omnes illæ
 aues, quas istic pingit, nobis pere-
 grinæ sunt, cum ex India per æstas-
 tem, & multas ad nos uolare pos-
 tem. PAM. Ille albos quosdam

coruos & merulas istic se uidisse
 adserit. LONG. At ego præter
 istas & monedulam albam, & grus
 em album uidi. Sed de hñsce mira
 culis naturæ non est nunc quòd
 amplius quæras. Si quid de nostras
 tibus nobis cognitis scire uelis, fac
 tua apud me libertate utaris, nihil
 te fidissimum amicum celauerim.
 PAMP. Cùm te mihi tam faci
 lem exhibes, non dubitabo te in
 campū, non ut gladiatores solent,
 prouocare, uerū studiosorum mo
 re ad deambulandū, in proximum
 istud nemus, quod ueteri castello
 adiacet: iam enim uenti pluuiaq;
 quæ ad decem propemodum dies
 continuauerunt, remisere: & coelū
 grauius, nunc tranquillū, sudumq;
 redditum est. Quare futurum est,
 ut omne genus auium, quod per

DIALOGVS

tempestatem in lustris hæctenus
 sese abdiderat, in passionē sit euo-
 laturum: dabiturq; multas cognos-
 scendi facultas, quæ non faciliè in
 humanum conspectum sese dare
 solent. LONG. Rectè herclè,
 gaudet enim siccitate auiū genus.
 & cū squaliditas æstatem occupa-
 pat, dici non potest quantus aui-
 um prouentus esse solet. PAM.
 Video te ad Hippocratem tuum
 recurrisse, qui, ni fallor, istud quo-
 dam loco scriptum reliquit. LON.
 Ab Hippocrate & Aristotele dictū
 nō credidissem, nisi superior ætas
 fidem mihi fecisset. Sed cur cessas
 rus abire? Animus enim iam
 dudum tædio ciuitatis languescēs,
 in agris & syluis totus est. PAM.
 Gestio & ego tristitiā fumī excu-
 tere; sed quos nobis itineris comi-

tes adhibebimus: non enim in animaduersione captationeque soli nos sufficimus. LONG. Senem istum aucupē, qui propter moenia habitat, fac aduoces, ego interim tabulas & calceamenta itineri apposita, expediam. Tu quoque abiecta tunica, togulam humeris inſice: non enim solis feruorem, uestibus onustus, ferre poteris. PAMP. Quem tu mihi senem narras, uetulumne istum, & edentulum, qui apud D. Maximilianū accipitribus preſuit, quiq; amites, retia, uiscum & laqueos iam Pani dicare instituit? At is tardior est, quàm nos, quibus iuuentæ agilitas adest, adsequi possit. LONG. Nobis cursandum, & ad retia laborandum, senex consilio suo proculdubio plus commodi, quàm nos uiribus nobis profueris.

DIALOGVS

mus. Nouit is auium patriam, uoluntatem, passionem, passionisq; horas, quibus maximè oblectentur, quas res auersentur: nouit & uoluntates imitationes, atque id adeo exactè, ut præter noctuæ ministeriū aliquādo graculis & cornicibus ornatum urbem ingredi cōspexerim.

PAMP. Ego hominem nobis euocabo. Tu nisi graue sit, Anatariū, aucupem Laurentium, uicinum tuum tibi adiungito, ut & is nobis de maritimis suis auibus, quæ ἀμφίβια Græcis, propter uitæ ambiguitatē, nominari uideo, aliquid, quod nobis, qui rariùs littora sectamur, obseruare minimè licuit, recensereat.

LONG. Is facilè se nobis coniunxerit, cum nihil magis detestetur, quàm apud Xantippen suam domi desiderare. Ego interea ad Elephantem

phantiosorum tuguria te præstolabor. Tu fac properes, iam enim solis radios mihi conspiciari uideo.

PAMP. Non arbitrabar senem hunc nostrum pedibus adeo firmissimum, qui me properantem etiam præuenerit. Gaudeo herclè nullius absentia iter hoc nostrum impediretum. Sed agedum properemus, ut syluam istam ante solis æstum occupemus.

LONG. Noui aucupum animos, nihil rectè agunt ieiuni, quamobrem in proximam istam uillam declinemus, ut ientaculo accepto, habeamus illos nobis paratiores beneuolentioresq;. Edant illi, nos uillam interim lustrabimus.

PAMP. Sæpè mecum, mi Longoli, de Latinæ linguæ egestate conuestus sum, quòd è tanta scriptorum omnis generis felicitate, non

detur rebus omnibus propria sua
 cuiq; nomina, & nomenclaturas assi-
 gnare, cum tamen non dubitem, ni-
 hil ferè in hac instruendarum uilla-
 rum ratione conspici posse, quod à
 ueteribus, maximeq; R. o. non ac-
 ceperint. Igitur aut negligentia nos
 accusandi sumus, quòd non omnia
 ad pristinas dictiones reuocamus:
 aut planè alia quædã fingenda sunt,
 quæ cum hñs paria facere posse ui-
 debuntur. Verùm id nunquam pro-
 babo. Hos ego dum gallinaceorum
 greges conspicio, dum locum, ubi
 stabulantur, adspicio, mirũ est, quan-
 to perere scire gestiam, quibus hæc uo-
 cibus Romani aliquando extuler-
 rint. LONG. Hæc à Grammaticis
 te didicisse oportuit. Quæ nos lustra-
 bimus, naturæ, non uocum artificia
 sunt. Quanquam non omnino hoc
 genus

genus diligentia & curiositatis dant
nem, cuperemq; mihi præceptores
sedulos magis fuisse, nō dubitarem
me tibi ista breuiter potuisse expe-
dire, propter quæ nunc sæpè ad au-
thores recurrere cogor. Si quid ta-
men est, quod à me scire in hac re ue-
lis, tuo more petito. PAMP. Pro-
prietatem cuiusque idiomatis sem-
per maximè feci. Atque hanc præ-
cipuam linguarum gloriam putavi,
posse unumquodq; propriè, & suis
uocibus exprimere & sonare.

LONG. Tu uerò, quid est, quod
hic tibi demonstrari uelis? PAM.

Aedicula ista, quæ horreo incum-
bit, unde nunc gallinæ crocitan-
tes deuolât, putas ne ueteribus nomen
aliquod separatū habuisse? LON.

Non aliter ac ipsas gallinas. Nam
tota ista ædicula, nunc gallinarium, Böner
haus.

B S nunc

DIALOGVS

nunc cohors dicitur, à qua & ipsæ
 aues cohortales à Latinis appellan-
 tur. at altera ista ædicula, cuius parie-
 tibus corbes affixos, in n̄s que galli-
 nas incubantes, officina cohortalis
 ob id appellatur, quòd non aliter ac
 in officinis nostris cuncta parantur,
 quæ in usum humaum ueniunt, ita
 istic oua & pulli, quæ in cibum.

PAMP. Quid uerò iste, qui in gal-
 linarium (sic enim à te nūc edoctus
 loquor) sc̄dit, & oua manibus uersat,
 in corbibus molitur? LONG.

Corbes istos posthac gallinarum
 cubilia cum Varrone appellabis.

Quemadmodum puerum, qui in-
 sc̄dit auarium cū Columella, cum
 Varrone gallinarium curatorem re-
 ctè dixeris. At quòd oua uersat, con-
 sultò facit. Custodis enim est, quoti-
 die cortem intrare, ac uersare oua,

quibus

Vist
 hauß.

Bennen
 nist.

Böner
 vöget.

DE AVIBVS.

quibus mater incubat, ut undiq; ex æquo incalescant, sic enim citius animantur, & dispendium ouorum nullum facit. PAMP. Hic custodem appellas, quem paulò antè gallinarium curatorem, fortassis ex eodè illo Varrone? LONG. Rectè, qui & Columellam authorem habeo. PAMP. Video itaque Latinam linguam in proprietate nominū haudquaquam Græcæ inferiorē. Sed, en tibi, puluerem, & cineres secum adfert, quid nam queso, in auuario ista sparguntur? LONG. In his uolutari gaudent, plumas que & pennas fordidas adperso puluere purgant. PAMP. Fortassis se puluere, ut sues cœno lauant. LONG. Rectè sentis. Sic enim Ephesio Heracleto uisum fuit. Sunt autem multæ aues, quibus ea natura est, quas ob id generaliter

DIALOGVS

Puluerat-
trices a-
ues,
Schar
vögel.
Quousq;
in hoc li-
bro auū
historiam
porrigere
Long. de
creuit.

nerali nomine pulueratrices Latini,
Aristoteles *κομισινὰς* uocant. PAM.
Vtinam eas omnes noscere per te li-
ceret. LONG. Si uoles, à gallina-
ceo genere pulueratricum historiam,
ad passerem usque deducemus,
neque hic magnopere tibi mihiq;
sudandum, cum & tu mecum iue-
xta naturã & nomina, ut arbitror
teneas. PAMP. At in hoc gallina-
rio nouas quasdam auium formas,
quæ ante hac nusquam uidi, conspi-
cor. LONG. Sunt istæ, ut tu arbi-
traris, peregrinæ: uerum paulò post
cum in interiorem syluam ueneri-
mus, non peregrinas illas, sed adue-
nas potiùs dixeris. PAMP. Non
intelligo satis, quid dicas. LONG.
Loquar ergò clariùs. Aduenæ sunt,
quæ certo anni tēpore à nobis auo-
lant, certo redeunt: quas cum in au-
ario

Freunde
vögel.

Berd
vögel.

DE AVIBVS.

ario, amputatis pennis longiori-
bus, cludimus : inter mansuetas &
domesticas uiuere discunt, ferita-
temq; exuunt. ita grues & cico-
niæ, ita & quæ seorsum pascuntur,
nigræ illæ & speciosæ gallinæ.

PAMP. Non putaram hæctenus
plura gallinaceorum genera: quam
obrem mihi nunc orandus es, ut
de toto isto genere me erudias: cū
Minerua laboribus tuis dignum
præmium tibi promittam. LON.

Habere malim quàm sperare: sed
tuos iocos ego noui. Gallinaceos
uocant totum hoc genus auium,
quod de gallinario deuolare paulò
antè uidisti, in hīs fœminæ, quæ cris-
ta ferè carent, gallinæ dicuntur, &
ad ouium partitionem à uillico, à
nobis uerò in mēsam ali solent. In-
ter has uides graciles quasdam, &

plumis

Bonæ

Bonæ

DIALOGVS

Mertz
hennen.

plumis contractionibus mundioribus, neque ut alias garrulas: has nouellas uocant, quod anniculæ sunt, neque ouum hæctenus peperere.

Flückhē.

Quæ uerò glorientes, strepitu suo molestæ sunt, & agmen pullorum ducunt, ueteranæ sunt: at omnes, quod pullis educandis custodiatur,

Broit
hen.

uno nomine matrices à Columella, exquisito sanè scriptore, dici uideo. Vides & hîc prope uillæ culis nam quasdam caueis inclusas, has uillica copiosiore cibo pascit, ut

Mast
hen

quàm mox plenas factas, cariùs mercatori uendat, has farctas & altiles nuncupant. PAMP. Delectat me plurimùm ista nomenclatura, quare pergas obsecro. LONG.

Baen

Hunc superbo incedentem gressu, crista calcaribusq; armatum, gallinarum istarum maritum dicuat.

Hunc

DE AVIBVS.

Hunc Varro nūc gallum, nunc gal
 linaceum nominat. PAMP. Spe
 ciosa certè auis est. LONG. Ob spe
 ciem primùm à Perside in Græciã
 translata est, simul cum coniugi
 bus. PAMP. Non fuere ergò in
 Græcia uernaculæ? LONG. Si
 Atheneo credimus, aues sunt transf
 laticæ, at passim omnibus in locis
 nunc uernaculæ sunt, commode q;
 mihi istius uerbi memoriam refri
 cuisti. Sic enim dicuntur & dome
 sticæ istæ gallinæ, quas Varro quo
 que uillaticas nuncupat. Sed ad gal
 lum pergo. Hic præter familiarem
 usum, quem in uillã fert, dum gal
 linas plenas facit, & culinam dapi
 bus opulentat, magno adiumento
 patrifamiliãs esse consuevit cantu
 suo, quo ad opera familiam reuos
 cat monet que, ut absterfo ab oculis

*Baus
 hõner.*

lis

D I A L O G U S

lis somno, expergiscāt, & uiuere discant. ob id à Græcis ἀλέκτωρ, ueluti ἀπολέκτωρ, hoc est, à lectis mortales reuocat. PAMP. Non arbitror in hac uilla Alektoris istius cātum omnibus ex æquo esse gratum.

LON. Id discas licebit ex illo, qui è nido crepit, totus plumis adhuc obsitus, uiden' ut paleas à cæsarie manibus decutit? PAMP. Surda strum esse opinor, alioquin ante diem strato surrexisset. LONG.

Amant & hunc cantorem milites.

PAMP. Qua de causa? LONG.

Quia in castris illis uice horarū gnomonici est. Nam cūm statis noctis horis uigilias commutare coguntur, quo pacto noctis interualla discriminari possent, non uideo. Crepusculo cubitum eunt, tribus ante noctis statum horis cantant,

medio

medio eiusdem spacio uocem iterat, tribus itidem ab intempesta nocte horis, iterum cantillant, quod tempus ob id gallicinium appellatur, deinde silent. PAMP. Ego certè aliam militaris huius symboli causam arbitrabar. Nam cū proxima expeditione Georgij Schenkij, Cæsaris apud Frisios & Tubantes ducis, bellicis curribus, usq; singulis gallum alligatum conspicerem, id communis societatis gratia factum opinabar. Nam in fabulis puer didiceram, gallum aliquando Marti deo in excubijs operam locasse, ne Vulcani subito & inopinato aduentu apud amatam sibi Venerem deprehenderetur: quòd cū adolescens officium minus diligenter obiret, herusq; fuisset deprehensus, in avem istam cum om

ni armatura, qua indutus erat, mutauisse: hinc cristas galearum, hinc calcaria pedum adhuc ueteris uite uestigia superesse. PAMP. Quod ad fabulam attinet, copiose Lucianus in Micyllo agit. Et Aristophanes comicus unus Græcorum galilum ob id *ἀγρῶς νιοτήδην*, hoc est, Martis pullum fortasse appellat. sed fatius est, ut ad seria redeamus.

Viden' ut alas quatiat, & ad gallinas properet? PAMP. Video, nam initurus illam, quàm pulsat. Sed quid est, quòd non admittant illum modò gallinæ? LONG. Causam nullam reperire possum. Theophrasti authoritas hinc tibi satisfaciat oportet. PAMP. Quid homini doctissimo in mentem uenit, ut coitum gallinaceorum etiam obseruare studuerit? LONG. Curio

fitas,

sitas, noscendarum rerum omnia
 um mater. Quare & nobis studiosi
 ueniam dabunt, cum minima etiam,
 qua in uolucrum genere conspicienda
 tibi dabo, tractasse nos compererint.
 Certè is scribit gallinaceos mox ut
 cubitu surrexerunt, in Venerem
 salaces esse: foeminas, nisi prouecto
 die, marem non admittere. P A M. En
 tibi capones, ut euirati, neque uocem
 edunt, neque gallinis molesti sunt. L O N.
 Ego illos non capones, sed cum Varrone
 & Columella libentius capones uocauerim.
 Quos ob id semimares uocant, quonia
 castrati sunt, & forma quadam
 maris, sed animo foemineo preediti
 sunt. Pinguescunt ita citius, etiamsi
 fartura non obefantur. Videasque
 quosdam in eam plenitudinem corporis
 perdu

D I A L O G V S

ctos, ut de magnitudine cum anse
 re facile certent. PAMP. Vernaculum est, & grande hoc genus.
 quod pedibus ad pectus usq; sub
 latis incedit, plumis ex auro ful
 uis. LONG. Est quidem, sed pa
 trum memoria in Germaniam, ex
 proximis prouincijs aduectum. Se
 riùs enim externas delicias, quas
 tamen nimium auide iam concupi
 scunt, expetere, & quærere cepe
 runt. Sunt autem Medici. PAM.
 Hui tam longè petito genere?
 LON. Nequaquã. Nam primùm
 in Media uasta illa corpora uisa,
 Græcis placuere, è Græcia in Itali
 am, deinde ad nos transfueta sunt.
 Neque Media modò, uerùm Bœo
 tiæ ciuitas Tanagra, & Rhodus,
 Chalcis que insulæ insignes corpo
 re suffecerunt. Vnde istos uel Me
 dicos

dicos, uel Tanagricos, uel Rhodios, uel Chalcidicos appellare licebit. Vulgus, ut audis, Longobardicos nuncupat. PAMP. Cum tam copiose culinam, corporis uastitate pascant, mirari nequeo, paucos adeo à uillicis educari. LONG.

Longobartsche
höner.

Si Varronis uillatica de pastione librum legas, desines mirari. Nam is ad seminium planè inutiles magnos illos gallinaceos arbitratur.

Id'que in omni genere animalium uerum esse comperies, à magnis ferè parua procreari. PAMP. Ni

me fallat mea opinio, apud Aristotelē Adrianicarum gallinarū mentio est: eas tamen nōdum quisquā mihi indicare potuit. LONG.

Leihen.
nen.

Aristoteles lib. de animalibus sexto, Adrianicas descripsit. cuius loci si diligentius meminisses, haud

D I A L O G V S

dubiè uariam illam rostro candidi
 usculo cognouisses. Cernis pullo-
 rum agmen? PAMP. Video, co-
 lumbarū pipiones esse arbitrabar,
 ita coloris similitudine respōdent.
 Sed cur Adrianicas uocat? LON.
 Ab Adriano imperatore, qui eas in
 delitijs fortè habuit. PAM. Rides
 tu me, ut soles, quasi Adriani tem-
 pore uixerit Aristoteles. LONG.
 Non dubitat tamē monachus Po-
 lyphemus uester illud asserere.
 PAMP. Sed extra iocum, dic que-
 so quid sentias. LONG. Ego cer-
 tē arbitror Græcos, cū nondum
 ea esset inter Italos, illosq; familia-
 ritas & consuetudo, ab Adriaticis
 mercatoribus eas accepisse, in spē
 copiosi seminij, quēadmodū nos
 Medicas & Tanagricas & Rhodias,
 ob corporis amplitudinem.

Quòd

Quòd autem ferocire Aristoteles eas scribit, factum esse puto ob patriæ mutationem, cum in calidiores regiones deuectæ, & feruentioris ingenij reddita sunt. PAMP. Illas uerò, quæ per terram reptant, potiùs claudicâdo, quàm incedêdo, uulgares esse & passim quoque extare noui: sed num & hñs peculiariter aliquid nominis sit, id uerò scire expeto. LON. Est sanè: nam galinaceos ipsos pumiliones, gallinas pumilas cum Columella nominare licet. PAM. Nunc uerum esse cognosco, in omni animantium genere nanos esse, ut dixit Theophrastus. LON. Certè harũ præter cæteras nullus est usus, nisi q̄ plebsq; delectent. Sed tibi nunc de uillaticis gallinis satisfactũ puta, aucupes inuisamus, ut hñs præsentis

Buel

DIALOGVS

bus de rusticis & agrestibus agamus. PAMP. Non ab eo hinc nisi doctior, quam ob causam rogandus mihi es, uti mihi iam quoque particulatim explices, quæ gallinaceus præter reliquas aues habet, nominibus suis nondum omnibus cognita. LONG. Tu fac à me quæras, curabo ut uoto tuo satisfaciam. Principio cristam habet rubram cristaceam, per quã cum sanguinis immoderati copia grauantur, sese purgare solent, unguibus scilicet scalpentes, ut cruorem proliciant. Caro, quæ rostrum cingit undique, mentum quidam uocant, Columella etiam genam. hac uulnerata, cū pituita laborat, quidquid abcessit, exprimitur, atq; ita animal liberatur. Membranosa cutis, quæ sub mento & collo dependet

utrinq;

DE AVIBVS.

utrinq; palcæ dicuntur. At plumæ longiores, quæ collum & ceruicem undiq; cingunt, quas que pugnaturi, & irati etiam explicant, iudas Columellam nuncupasse uideo.

Hæ, cum ueluti ex auro flauescunt, generosissimæ auis indicia sunt.

Sub hîs prominet ceu aqualiculus, omnibus tamen auibus communis: id primum ciborum receptaculum est, quod à Græcis *σώμα* & dicitur. PAM. Si id uerū est, magna fraude medicamentarij institores nobis imponunt, q̄ ex uentriculo, quo nihil in animantibus istis carnosius est, pāniculos detractos, & siccatos pro ingluuie uendunt.

LON. Hæc est causa, cur nemo hodie mihi cognoscat, qui se feliciter in uentriculo roborando, pelliculis istis usum profiteat. PAM. De cal

caribus nihil omnino dicis: LON.
 Nihil amplius, quàm illa Martis
 adulteriꝝ reliquias esse. PAMP.
 Dic amabò, cur uillica priùs quàm
 pullis triticum obhicit, decisa palea
 aream opplet: LONG. Ne pulla-
 tio malè succedat. PAMP. Non ca-
 pio, quid uelis. Ne pullorum educa-
 tione frustretur, id enim est pulla-
 tio: nam si rostellà tenera in terram
 sapè illidant, grana legere & deuo-
 rare nequeunt, osculis (si sic liceret
 fari) uiciatis & contusis. PAMP.
 Cur oscula pullis adsignare caues:
 LONG. Quòd Aristoteles grauis
 in primis author, aues ore carere
 tradiderit, sed eius loco rostrum ac-
 cepisse. Neq; nos Germani aues ore
 præditas dicimus, sed illud uocabu-
 li, quod in Vespasiano Suetonius
 Gallicum esse dixit, cùm sit purum
 putum

Pullatio

Rostrum

DE AVIBVS.

putum Germanū: è quo olim conij
ciebam Gallorum, Germanorumq;
linguam fuisse communē. PAMP.

Grandes sunt pulli & præmaturi,
tepidum esse oportet gallinarium.

LONG. Quasi sanè pullos quoque
immaturos liceat dicere. Quid est,

cur ita uerear primo uere exclusos,
cum Columella nuncupare, cum &

ut poma ferotina, quæ serius matu
rescunt, ita quoq; pullos ferotinos,

quos nos patria lingua autumnales
appellamus, nominari uideo?

PAMP. Num ferotini pulli ad ius
tam maturitatem excrescunt?

LONG. Excrescunt, sed oua non
pariunt sub ueris initio, quemad

modum illi, quos maturos esse dis
xi. Hinc ferotini non ad pullatio

nem, sed ad ueru aluntur. PAMP.

Qua de causa hæc gallina canturit,
offici

DIALOGVS

officinam cortalem petens: LON.
 Non canturit, sed singultit, hoc es
 nim uerbo Varro uocē gallinarum
 fractam, & intra rostrū formatam
 imitatur. Rusticorum gens Colu-
 mellæ tempore glocire maluit dice-
 re. PAMP. Gallus etiam subinde
 singultit. LON. Rectè, sed cum
 cātat, cucurrere dicitur Latinè, Græ-
 cè autem κοκκύζειν. PAMP. Videtur
 ergò & ista auis generis gallinacei.
 quam tamen uulgus pauonem In-
 dicum appellat. LONG. Vulgum
 imitari, nunquam tutò licet, teme-
 re siquidem rebus de omnibus iudi-
 cat: ecquid enim pauonis habet præ-
 ter expansam pauonis in morem
 caudam: quam, cum irascitur, subitò,
 ut uidisti paulò antè, extendit.
 PAMP. Certè ad stuporem usque
 non rarò auem istam admiratus
 sum.

DE AVIBVS.

sum. LONG. Et me sæpè in admirationem sui rapuit, cum ex orbe nouo principi nostro aduectus, propter inusitatam formam miraculum quoddam edere uidebatur. Aderant tum aliquot nostri generis homines, studiosi quidem illi, qui cum multa de gallinæ peregrinæ forma & moribus ex scriptoribus conarentur adducere, uerum cum nihil haberent, quod in medium conferre possent, ad ampliationem itum est. Nam quæ de Indica gallina dicebant, ea planè ad istam nihil pertinere uisa sunt. illa crista speciosa ornata est: hæc crista caret, nisi pelliculam istam carnosam, quam per nares adeo demittit irata, ut rostro promineat, & in pastu ita retrahit, ut uix uideri queat, cristam appelles. Quinetiam neque paleis, neque
 generis

DIALOGVS

genis prædita est. quid enim ista rube-
 bescēs pellis aliud ac appendix que-
 dam cutis, quam nunc contrahit,
 nunc extendit: nunc ceruleo colo-
 re, mox pallido, deinde purpureo
 pro affectibus, ut apparet, suis pin-
 git. At Indica gallina, quam Philip-
 pus Traiectēsiū episcopus in deli-
 tijs habuit, cristata planè fuit, perq̄
 omnia gallinæ similis, si colorem,
 quo psittaci in morem uirebat, ex-
 cipias: eam quanquam uiuam non
 uiderim, exuuiæ tamen, quæ Bata-
 uoduri in arce custodiebantur, indi-
 cant gallinacei generis auem. Sed
 relinquamus peregrinas species, ad
 nostrates redeamus. PAMP. Si de
 peregrinis non habendus sermo, re-
 linquendæ sunt Africanæ & Melea-
 grides, nam & istas peregrinas esse
 arbitror. LONG. Si in hunc mo-
 dum

dum peregrinas appellare libet, es-
runt & pavones de peregrinarum
genere. PAMP. Atqui ego illas
indigenas hactenus ratus sum.

LON. Non aliter ac gallinæ istæ mi-
rificæ post annos aliquot peregrinæ
nobis dicendæ sunt, q̄ nūc p̄pter inu-
sitatū aspectū, & raritatē tales iudis-
cantur. Non ne tu arbitraris multis
maiori fuisse admirationi pavones
istos cū primū à Barbaris in Græ-
ciam adferebantur, ac istæ iam nos-
bis sunt? PAMP. Sanè puto.

LONG. At quotusquisq; nunc pa-
vonis uidendi causa uel latum un-
guem processerit? PAMP. Ego,
ne gallinarum istarum peregrina-
rum spectaculo amplius moueor.

LONG. At ante aliquot annos si
quis te ad spectaculū tale uocasset,
quanquam alioquin satis tenax sis,

non

D I A L O G V S

non piguisset tamen & aris aliquid
 impendisse. PAMP. Non nego
 equidem, & nūc eo animo sum præ-
 ditus, ut, uel quiduis numerem, mo-
 dō mihi talium auium copia fiat.
 Certē memini me aliquādo drachæ
 mā cuidā soluisse, qui albū pauonē
 mihi primū ostendit & exhibuit.
 LONG. Quid autē nunc largirere?
 PAM. Ne teruncium, nisi me insa-
 nire putes, cū nimium molesti
 clamore suo quotidie mihi sint.
 LONG. At pauones istos albos un-
 de primū aduectos censes? PAM.
 Vnde uarios istos paulō antē tu dis-
 cebas, quippe ex India miraculosa
 ista. LON. Nequaquā, sed ex ea pro-
 uincia, quæ ex diametro cum India
 pugnat. Nam à mercatoribus nos-
 tris, qui penetralia septentrionis
 non uerentur indagare, cognoui, è
 Nortu

DE AVIBVS.

Nortuuegia primùm ad nos addu-
ctos, deinde per regna & prouin-
cias sparfos fuisse. Nam cùm spe-
ctaculi causa pauones uarij à nos-
tris essent in regionem istam inue-
cti, primò genti fuere miraculo,
numero deinde per seminium au-
cto, cùm penitus in frigidiora loca
commearent, iamq; matres in
ipso uere ouis incubantes niuosa il-
la montium iuga perpetuò ob ocu-
los uiderent, ex ouis iam animatis
albos pullos excluderunt. Hac rati-
one nobiscū paria facere uoluisse
uidetur. nam cùm illos ad nos iam
alia ueste remitterent, uidentur in
animo habuisse τὴν ἀντιπελάγῳσιμ.

PAMP. Hac uia uel nigerrimæ
aves isthic candidæ fiunt. LONG.
Fiunt, nam coruum album isthic
uidere, raritas nulla est. PAMP.

D Non

DIALOGVS

Non habet itaq; apud illos hoc Iu-
uenalis locū ullum: Et coruo raris
or albo. LONG. Quinetiam me-
rulæ & monedulæ istic albicant.

PAMP. Adde etiam columbas &
picas. LONG. Rides tuo more, ue-

rūm ita se res habet. Nam mihi ue-
rifimile est, aues istas raras, quas ē

magnis gregibus aliquando aucu-
pes unā uel alterā contra naturam

generis candidātes captant, omnes
à Septentrione uolare. PAMP.

Facis ut posthac passerulos & stur-
nos, item palumbos, quos miracu-

li loco albos circumferunt, in Nor-
tuuegia exclusos credam. LONG.

Mihi, si fidem adhibere recusas, en-
uetulum tibi nostrum: is quia om-

nes propè mundi plagas perrepta-

uit, fidem tibi faciat. Sed ientatos
uideo, pergamus iter hoc, quod in-
stituimus

stituimus, uiden' ut de monticulo
 isto solis ardor sese conspiciendum
 præbet: uereor profectò ne minan-
 tes illius radios nemoris umbraculis
 satis maturè propulsemus. Sed,
 en tibi, circa uepretum istud baccis
 rubentibus ornatum, aliquid uoliz-
 tando cursare uideo. PAMP. Pis-
 tam arbitror te uidere. Dñ boni
 ecquid istud auium genus est, nunq̃
 quidquam speciosius contempla-
 tus sum. Valeant pictores omnes,
 ipse Apelles, si rediuius foret, uarie-
 tatem & splēdorem pennarum plu-
 marumq; imitari non possit. LON.
 Hæc est, mi Pamphile, decātata om-
 nium libris auis, quam primam fe-
 rè in mensis esse iudicant propter
 carnis bonitatem, à qua medicinæ
 professores ueluti à scopo de tem-
 peramentis ciborum iudicia auspi-

Phasian cantur. Phasianum à Phaside am-
 ne apud Colchos, apud quem pri-
 mum cognitus est, nuncuparunt.
 PAMP. Profectò nunquam ego
 credidissem, naturam rerum parens
 tem eam pulchritudinem excogita-
 re potuisse. Neque mihi admiratio-
 ne dignus posthac Solon est, quem
 de Græciæ sapientibus maximum
 fuisse ad regē Cræsum in regali so-
 lio diademate & purpura auro que
 superbum, interrogantemq; nunc
 quid speciosius quidquam spectas-
 set, dixisse ferunt, Phasianos & Pa-
 uones uenustiores sibi uideri: quo-
 niam naturali ornamento decora-
 tæ, non ascititio fucò spectabiles
 essent. Sed quid in uliginosis istis
 pascuorū sepibus uersatur? LON.
 Baccas aquifoliæ & cynosbati sens-
 tiumq; reliquorum insectatur: age-
 dum

Solonis
 dictum.

DE AVIBVS.

dum procurramus, ut cominus eā
 melius cognoscamus: nō enim ma-
 gnopere illi terrori sumus. PAM.
 Auolat, sed iterum cōsedit. LON.
 Hanc habet cum multis alijs natu-
 ram communē, ut uolatu non mul-
 tum fidat: quare non *ωθητικοί*, sed
επιγαιοί, hoc est, terræ intentes plus
 quam aëri ab Aristotele & Theo-
 phrasto, eius discipulo, dicuntur.
 PAMP. Quam uelim istas aues
 esse nobis paulò frequentiores.
 LONG. Sed tum non æquè place-
 rent. Multa enim (ut uulgò dici so-
 let) raritas commendat. At quòd
 nunc pauca eiusmodi aues apud
 nos sunt, partim luxuria, partim
 bombardarum nimius & minimè
 interdictus usus fecere. Nam sæpè
 à uiris senio grauibus inaudiui lon-
 gè plures, & peregriniores ad nos

DIALOGVS.

Kirs
baen.

solere uenire, quæ nunc uel decennario toto semel se conspiciendas præbent. Nam Aphricanas gallinas quotusquisque nunc nouit. PAMP. Ego uix de nomine agnosco. LONG. At solent esse tam frequentes, ut drachmæ precium in foro non excederent, nunc singulas aureo numo licentur. PAMP. Non grauarer uel didrachmum pendere, modò mihi eius tantummodo uidendi copiam quisquam faceret. LONG. uel gratis uidebis: nam ab oriente nemusculi parte sedes earum, qua plurimum nidos struere solent, mihi cognita est. sed lentius festinandum, ne ex improviso in aliquam incidamus, quæ visu nos præuertens auolet. PAMP. Sequar te. LONG. De phasiano subito mihi in mentem, quod antea di-

cere

cere parabam. PAMP. De natura fortasse. LONG. Minimè, uerùm de eo, quòd te dolore afficere mihi dicebas. Noui enim quosdã, qui singulari artificio ingentem apud nostrates educatione & seminio phasianorum quæstum faciebant, quorum sanè ædes rectiùs officinam, quam uiuarium phasianorum quispiã appellauerit. PAM.

Quæso rationem istam explices. LONG. Phasianum marem, quæ poterat diligentia, curabat domuncula decem pedibus longa lataq; uiminibus & luto undique bene ab aëre tuta, in ea fenestellæ omnes in meridiem spectantes, de summo tecto copiosè satis lumen administrabant, in medio crates uiminis domunculam diuidebãt, interuallum cratium tantum erat opertũ, quan-

DIALOGVS

tum satis fuit auis capiti colloque
transmittendo. In altero maceriae
latere phasianus solus regnabat.

PAMP. Quid uerò altera pars, ca-
rebat ne habitatore? LONG. Au-
dies. Sub initium ueris, cum (ut no-
ster ait poëta) gelidus canis cum mon-
tibus humor, liquitur, & zephyro
putris se gleba resoluit, uillaticas
aliquot gallinas sibi comparabat,
sed foecunditatis cognitae, plumisq;
uariis ut propemodum foeminam
phasianum mentiri possent, has
aliquot diebus communi pabu-
lo alebat, uerum ita obiecto cibo,
ut phasianus in gallinarum conui-
uio, traiecto per craticulam collo,
lurcicaretur. PAMP. Qua de causa
obsecro non admittebatur? LONG.
Principio hac ratione consuescere
cum gallinis discunt, deinde mole-
sti

sti esse nequeunt, cum ueluti carcere ab iniuria inferenda prohibeantur. Alioqui ita ferociunt capti, ut ne pauoni quidem parcant, quin mox ore dilacerent. At ubi iam aliquot dies consuetudine gallinarum mitior factus est, una, quam cognouit illi inter reliquas magis familiarem, intromittitur, pabulumque copiosius suggeritur. PAMP.

Quid de reliquis fiet? LONG. Plerumque primam iugulare solet: ne galinarius itaque custos omni spe sua decolletur, reliquas in subsidium alit. PAMP. Quid si res ad triarios redeat, solaque una superest spes gregis? LONG. Tum latronem comprehensum, candente ferro rostrum illius tangunt, & uino Chymico nates illius lauant. PAMP.

O Apitianam diligentiam. LON.

D s Vbi

Vbi cognouerint gallinas ab illo
 plenas factas, diuortium statim pro
 curatur, admittiturq; noua pellex,
 quam cupiunt uxoris more ab illo
 tractari. Vxorem autē ad ouorum
 partionem alūt. Oua autem quot
 quot posuit, incubantibus alijs sup
 ponuntur. PAMP. Ea fortē ab
 gallinaceis reliquis nihil distant.

LONG. Imò punctis nigris undiq;
 sunt macula, & longē maiora speci
 osioraq;. Vbi autem post animatio
 nem exclusa sunt, à gallina seorsim
 educantur. Maximē polenta illius
 frumenti triangularis, quod uulgò
 non ineptē fagotriticum uocant,
 quòd semen fago farine triticie per
 quā similis sit: id ipsum aqua ex lacu
 bus fabrorum hausta subigunt, apñ
 folia recētia cultellis domita, immi
 scent; obijciunt etiam baccas, quæ

DE AVIBVS.

ex hyeme superfuere, hñs enim maximè delectantur, & ad incrementa proficiunt. PAM. Non tamen fieri credo, ut per omnia patri similes sint. LONG. Non sunt, uerùm qui fucum istum non nouere, fraudem non facillè sentiunt. Porro foeminae ex hoc seminio procreatae, cū ad patrem admittuntur, primo aut secundo partu, genus ad unguē propagant. PAMP. Mirum ergò mihi, non omnia auisaria phasianis esse plena. LONG. Non dubito magnum prouentum cuius etiam polliceri, modò neque laboris sit impatiens, & sumptus magnos ferre possit. Cogitur enim paupertinos aliquot alere, qui pro baccis quotidie in syluam excurrāt. Nam sine hñs nihil ab illis boni sperare licet. PAM. Tentabo ego, & naturarū
illam

DIALOGVS

illam commixtionem experiar.
 Sed iam nemoris latus, quod in orientem uergit, assequimur. Hem tibi alterum phasianum. LONG.
 Nondum contueor. Hic mihi subsistendum est, aut pedes nudandi, nam uliginosus locus est. PAMP.
 Subsiste paulisper, conspecti sumus, parat sese ad uolandum. Sed en profugus est. LONG. Hunc tu phasianum appellas? PAM. Cum aliud nomen mihi nullum sit, & plumis mirificè quoq; uarijs fulgeat, mihi cominus uidenti facilè imponere potuit. Sed iam aliam esse auem uideo, nam & cristam habet purpuream, & caudā minimè longam, corporeq; pressior est. LON.
 Diligenter ista obseruasti. hæc est illa Numidica seu Africana, quam olim in auarijs sedulò curabant
Romani

Africana
 gallina

Romani. PAMP. Curabant & Meleagrides, quas à uocum quodã farcinatore gallinaceos uros à uestratibus appellari didici. LON. Non persuaserint mihi facilè literatores, ignari rerum. At ego certò scio, in Germania hac secunda à ne mine unquam mortalium has conspectas. PAM. Posthac nõ facilè fidẽ adhibebo grammaticis. LONG. Sapis Pamphile, sed ut cognoscas me tibi uerum dixisse, primò Meleagrides gallinas easdem cum Africanis esse, tibi describam, quẽadmodum à ueteribus maximè Clyto Milesio Alexandri discipulo, pictæ sunt. Is libro primo in descriptione Miletì ad hunc modum tradidit. Non longè à facello, quod Dianę in Aëro dicatum est, aues, quas Meleagrides nuncupant, uidere licet

Meleagri
des nõ esse
ut uulgò
creditur,
Gallos
uros

DIALOGVS

cet, at natalis earum locus palustris est, & uliginosus. Mirum autē est, quantopere recens natos negligat, & naturali desiderio erga illos non adficiatur, quam obrem sacerdotes illorum curam suscipere educareq; coguntur. Corporis autem statura, generosa gallina non est inferior. Verū caput, quod undiq; pennis nudum est, si ad corporis molem referatur, breuius est & pusillius, in eo crista extat, paxilli in modum rotunda, carnosā, duraq;. Color totius corporis ligni instar obscurus. Circa genas longa depēdet propaleis caro, q̄ ab ipso corpore enascitur, rubicundior tamen hæc, q̄ gallinæ ceorū existit. At quæ circa rostrum pellicula, qua gallinacei conspicui sunt, quam quæ aliqui barbam nuncupant, non habet, sed planè mutia

DE AVIBVS.

la isthic apparet: rostrum tamen ipsum & acutius & longius possidet, collo quoque, quod & breuius est & crassius, nigrescit, corpore alioquin reliquo uario, hoc est, nigricante quidē, sed maculis albis densis frequentibusq;, & lenticula maioribus sparso. Nec alarum pennæ unicolores sunt: nam & candidis maculis fulgentes, & ferrę in modū inuicem dispositæ pennæ conspicue sunt. crura tamen gallinaceo, nisi quòd calcaribus deficiuntur, similia habet, nec à mare foemina multum similitudine tota abest, ut & discernere illas haudquaquam sit facile. Hęc Peripateticus Clytus ad uerbum scripsit. Iam ad uros nostros iudiciū tuum cōfer, primū de magnitudine facilè tibi concedo: nam anserem omnino corporis

D I A L O G V S

ris magnitudine æquant, ut ob id uros à nostratibus dictos autumē. Etenim non aliter gallinaceos ac uri boues nostros, pondere corporis superant. PAMP. De rostro quoque non est quòd mecum contendas: nam & gallinaceo maius & longius possidēt. LONG. Fateor. Sed tu quid de palo capiti ueluti infixò, quid caput implume, quid caro agnata, quid nigrum illud col lum, & corpus nigricans maculis al bis sparsum? PAMP. Fieri potest, ut naturam cum in alias regiones se transferunt, mutant. LONG. Nec id nego: uerum tam insignem metamorphosim haud quaquam in animū inducere possum. Nam uri nostrates perdicis in morem dorso uario, uentre subcandicante, pedibus cruribusque tuberosis, instar quarum

quarundam columbarum, in mos-
 dum spectantur, capti animum de-
 spondent, cibumque nisi longo
 post tempore assumunt. Meleagri
 des uerò confestim, ut captæ sunt,
 escas nō recusant. Has nobis quan-
 doq; Aegyptæ pro gallinis Hieros-
 solymitanis magno mēdacio uēdi-
 derunt, & in Syria captas affirma-
 runt, certè præter colorem & pas-
 leas uris nostris planè similes.

PAMP. Age ergò uel Græcum
 uel Latinum nomen, quo cognos-
 scam quid in authoribus de ijs in-
 quirendum sit, expedi. LONG.
 Tetracem esse arbitror, quam Ari-
 stoteles etiam Tetricem uocat.

PAMP. Sed Athenæus conui-
 uator hanc Porphyriionis speciem
 esse docet. LONG. Vidistin' Por-
 phyrionem? PAMP. Nescio, sed

E uox

DIALOGVS

uox indicat nescio quid purpuræ
 scentis, quem tamen colorem in
 uro gallinaceo nondum deprehen
 di. LONG. Certè Athenæus tes
 tracē ita describit, ut Mysiorū pos
 tius nomenclaturæ uideatur tribus
 ere, quod asserit, quàm ueritati.
 Nam ab indigenis ita uocatam as
 uem dicit. Refert autem in Mysia
 sibi in sporta allatum, magnitudi
 ne maximi gallinacei, specie Por
 phyrioni perquam similem, utrin
 que ab auribus propendentibus
 gallorum instar paleis, graui uoce,
 florido que corpore. Certè urus no
 ster nō paleas, uerū uestigia tan
 tum palearum habet: neque Por
 phyrionis forma conspicitur, cum
 non adeo longo sit collo, sed instar
 pauonis adducto & gracili, nullaq;
 uirentium aut rubentium plu
marum

marū imagine spectabilis. PAM.

Cur ergò tetracem appellas?

LONG. Nemesiani poëtae authoritas, qui de aucupio Latinis uersibus conscripsit, me in hanc sententiam perduxit. Descripserat autem furtim in bibliotheca porcorū Saluatoris Bononiēsis uersus aliquot Hieronymus Boragineus Lubecensis magnæ spei adolescens, cum quo Bononiæ & Ferrariæ aliquandiu communi uita uixi, ex ijs ego quosdam cum opus erit historia, tibi recitabo.

*Et tetracem Romæ, quem nunc uocitare taracem
Cœperunt, auium est multò stultissima, nunquam
Cum pedicas necti sibi contemplauerit adstans,
Immemor ipse sui, tamen in dispendia currit:
Tu uerò adductos laquei cum senseris orbes,
Appropera & prædam pennis crepitātibus aufer.
Nam celer oppressi fallacia uincula colli
Executit, & rauca subsannat uoce magistri
Consilium, & leta fruitur iam pace solutus.*

D I A L O G V S

Hic prope Pentinum radices Apennini
 Nidificat, patulis qua se sol obijcit agris.
 Per similis cineri dorsum, maculosaq; terga
 Inficiunt pullæ cacabantis imagine notæ
 Tarpeia est custos arcis non corpore maior:
 Nec qui te uolucres docuit Palamede figuras.
 Sæpe ego nutantem sub iniquo pondere uidi
 Mazonoim puerum, portat cum prandia, cirro
 Quæ consul prætor ue nouus construxit ouanti.

Principio poëtã auem istam stultam uocari audis, quòd laqueum, quem sibi coràm parari uidet, non fugit, sed abeunte aucupe, mox accurrens, sese huic inuoluit. Deinde cacabanti colore & maculis persimilem asserit, hoc est, si quid sentio perdicis: etenim me legisse alicubi meminì, cacabare perdicis esse uocem: neq; aliter etiam nunc sonant. Deinde de magnitudine quàm bene conuenit, ad anseris pondus collata. PAMP. Laudo diligentia poëtam

poëtam, qui tam diligentes notas omnes demonstravit. LONG. Ego uerò multa hîc desidero. Nã & passionem, & nidi collocatio- nem, ouorum formã, coloremq;, pullationem, taliãq; multa, quę ad cognitionem historię non parũ faciunt. PAMP. Ex Aristotele petito. LONG. Is nulla in parte minũs diligens, ac in auibus. id tamē ex eo discas licebit, nō tecto, sed aperto nido oua ponere, idque plurimũ in fruticibus. quod ip- sum, si placet inspicere, en tibi nidũ congestum potius, quã constructum. Ab Atheniensibus autem uragen nominari perhibet. PAM. Hinc fortasse & hodie à nobis urus gallus dicitur. LONG. Mihi non uidetur, astruant hoc illi, quibus Germania olim Gręcissasse existi-

Terrax,
Vrages,
eyn vr
baen.

DI A L O G V S

matur. PAMP. Est & puluerator,
 ut uideo. LONG. Maximè, sic
 enim omnes propemodum frugile
 gæ sunt. PAMP. Ego tetraca ean
 dem esse cum tetraone existina
 bam. LONG. Certè erythrotao
 Plinianus, quem è Germania uel
 septentrione anseris specie nigri
 cantem rubro paulò perfusum, ue
 nire asserit, cum urage eundem esse
 puto. Non enim speciem hîc ad si
 militudinẽ, sed ad magnitudinem
 refero. Quòd rubro autem perfu
 sum prædicat, id & in coturnicibus
 & perdicibus uidere licet & in nos

Tetrao. Istro tetraone, quem Politianus des
 scripsit, eundem colorem animad
 uertere. Nam & is à perdice nulla
 propemodum ratione, præterquã
 magnitudine, qua uel quatuor pro
 pè gallinaceos etiam maximos uin

cit, distat. quin etiam & gregarius est, & puluerator, & frugilegus. Sub autumnum ad nos gregatim aduolat, agrum quem insedere, ouium grege occupatum diceres, tanta est uolucris magnitudo.

PAMP. Sæpè mihi uisus est, nec ullam pestem magis odere holitorum, nam uentrem rapis fulcit, & non mediocriter præda contentus esse solet. At non uideo, cur uulgò anseris nomine ueniat, cum nulla in tam magno corpore mica sit, quæ anseris speciem præbeat. LONG.

Quia anserum modo gregatim uolat. Sed hæc oportet per agrum, hordeo confutum, declinemus, nisi piscari libeat. En tibi otin, ut equo ^{Otis,} delectatur, caudam illius ut uelli ^{Bâsela} ^{hôn.} cat, ut affilit sternutanti. PAMP.

Nidum parat, quamobrem setas

DIALOGVS

equinas colligit. LONG. Nihil mi-
 nus, naturalis est amor is, quam ob-
 rem qui uel uisco, uel retibus, uel
 arcu illam fallūt, equum adducūt,
 sed eum aucuparium, qui bombar-
 dæ, uel scorpionis fragorem non
 exhorrescit. Nam fictis equis, qui-
 bus perdices illaqueant, rarò præ-
 henditur. PAMP. Cur Græcis
 ὄτις cum auriculas non habeat, ap-
 pellatur? LONG. Non frustra id
 factū: quemadmodum enim otus
 auis, quam uulgus noctuam flam-
 meatam nominat, plumas circa au-
 res erigit, auriculasq; ueras imita-
 tur: ita otidi demittuntur, ut palea-
 rum speciem quandam repræsen-
 tet. Videsq; perdici adeo similem,
 ut præter hoc indicium, & quòd ro-
 stro paulò longiore est, ab illa par-
 rum distet. Corpulentior tamen,
 &

DE AVIBVS.

& cruribus plumosioribus currit,
 ut fortassis ob hoc ab Alexandro
 Myndio Lagodias dictus sit, ob id,
 quòd ceu uillis leporinis hirta uide
 atur. PAMP. Viden' istas duas
 perdices, sub uepreto desidentes:
 nunquam mihi maiores conspecte
 sunt, uetulas esse arbitror, & aucu
 patores sæpè fefellisse. LONG.
 Video herclè, sed tu has perdices
 esse opinaris? Certè ego nihil un
 quam quidquam perdici, uel simi
 lius aspexi. LONG. Quid si pro
 bem istam auem tibi, grammatis
 cisq; hominibus, quibus nihil est
 infanlius, & miserius, optimè cogni
 tam? nam de ea sæpè integras pagi
 nas, dum Horatium & Martialem
 commentàtur, uix explent. Ioni
 cus est attagas. PAMP. Ergò ex

Birck
 hön.

sibil

E s atta

DIALOGVS

attaganes? LONG. Nisi illis frustra à natura pennas datas credas. Neq; enim Ionici dicuntur, quòd in Ionia duntaxat sint, uerùm ob id, quia uel frequentiores, uel omnium primæ istic uisæ sint. Nam & frequētes sunt circa Marathonem, & Megara. Amant loca plana, & pascua, quales Marathonios campos esse constat. PAMP. Sed has Germani uestri montanas gallinas appellant, quamobrem nondum me persuasum esse, uti tibi hîc fidē adhibeam, cognoscas licet. LON. Non à montibus, sed ab arbore betula nomen habent. Densa enim loca & opaca, ut uenatoris insidias, maximè bombardarum minas fugiant, petunt: quamobrem sæpè in betuleto latent, de quo subinde, si diligēter adsis, in foenilia & sata calidissima

DE AVIBVS.

lidiffimè excurrere uideas, at quòd
 nunc non eadem natalia obseruât,
 in causa est, ut & antè monui, bom-
 bardarum frequens usus, qui mul-
 tis præclaris auibus Germaniã spo-
 liauit. Alioquin ego nõ tam à mon-
 tibus, quàm à betulæ colore auem
 nūcupatam reor. Nam supremum
 à betula corticem si detrahas, qui
 albo subest, in nigroq; ruffescit, præ-
 cipuum attagenis colorem imita-
 tur. Vides enim ut perdice paulò
 magis subruffescit. quam rem non
 ignorauit Myndius Alexāder, qui
 illum perdice magis *ἰκονομίζειν* tradi-
 dit, & corpore quoque pusillo ma-
 iorem. PAM. Rectè certè Myn-
 dius iste dixit: nam & maculosum
 quoque instar perdicis dorsum ha-
 bet. Memor' que adeo iam sum As-
 ristophanis interpretis, qui seruos,
 quibus

DIALOGVS

quibus frequētia stigmata faciē de-
 turpant, à poētis attagas dictos fu-
 isse asseuerat. Verū idē ille Alexan-
 der apud Athenæum libro nono,
 Attageni figulinum colorem tribu-
 it, cuius qualitātē nondum satis no-
 ui. LONG. Eum colorem omnes
 ferē pulueratrices, maximē, quib-
 us natura indomita est, possident,
 eum si nosse cupis, terram lutosi-
 orem tamdiu manibus subigas, do-
 nec sibi cohæreat, inde ad carbones
 torreas, donec lapidescat, quem co-
 lorem istic uidebis, figulinum, qui à
 Myndio *κεραμνοῦς* dicitur, appella-
 bis. Hic perdicibus, coturnicibus,
 alaudis, passeribus que communis
 est. PAMP. Quas nos perdices uo-
 camus, tu fortasse alio nomine cum
 istis sciolis, quibus nihil uulgò ac-
 ceptum placet, nominabis. Nam in

Perdix
 eyn felt
 hōn.

Agripa

D E A V I B V S.

Agrippina Colonia ante annos aliquot uir magni nominis, cum Plinij caput de perdice interpretaretur, Germaniæ ignotã auem non dubitauit asserere, uidebatur que in eam sententiam propensius, ut ex otide perdicem faceret. L O N. Certè nimia diligētia, ut dici solet, in hñsce signis & indicijs ignotarum exquirendis, ut molesta, ita sæpè inutilis, cùm pro regionum uarietate, & differentes quoq; non forma modò, uerùm etiam sono & moribus aues eiusdem generis uideantur, id ipsum sanè in perdicibus animaduertere maximè licet. Athenæus miratur in Italia perdices rostris non esse cinnabarinis, cùm in Græcia eo colore quotquot sunt, spectabiles sint. Germania nostra utrunq; genus habet. Nam & uulgares istas

nemo

DIALOGVS

nemo est, qui ignorat, et qui rostro
cynnabari colorato sunt, scipè te ui
disse in hac urbe arbitror. P A M.
Nunquam ego istas perdices uidi,
nisi tibi speciosæ istæ auiculæ, quas
illustrissimus ab Eppestein comes
in delitijs habet, perdices sint.

L O N. Istas ipsas dico, quanquam
neq; ego credidissem perdicum ge
nere contineri, donec Athenæus
delitiæ meæ me id docuisset. P A M.

Vnde aduehuntur? L O N G. An
tu ignoras me paulò antè dixisse,
Germaniam nobis etiam secundas
istas suppeditare? In uinetis fe
rè uictitant, sed ijs, quæ in monti
bus sita sunt, & arbustum aliquot
densum sibi uicinum habent. Ego
illos primùm propè arcē nobilem,
quam à speciositate situs Choroste
phanon uocant, haud ita multum

Perdix
Græca,
Roit hō
ner.

Landz
Frōn.

à Re

DE AVIBVS.

à Regiomago distātem, conspexi.
Nulla dies erat, qua non ad excel-
sissima usque moenia gregatim scan-
debant, gaudebant enim elutabu-
lo, quo sordes culinariæ p̄fluebāt.

PAMP. Gratulor Germaniæ diuis-
tias etiam Græcas, quas ne Italia
quidem superbissima nouit. LON.

Habes nunc pulueratrices omnes,
quæ magnitudine corporis mensis
gratiores sunt, quàm leuiculæ istæ,
quas, si uoles, modò remittamus.

PAM. Nequaquā ita statuas, cum
priùs à gallinis ad passerēs usque hi-
storiam promittebas. LONG. Co-
turnices arbitror tibi notas.

Coturnice
eyn was
chrel.

PAMP. Sanè noui, quanquam &
has plerique ex grammatistis suo
nomine exuere conati sunt. Theo-
phrastus fortè illas perdices nanos
dicet; sic enim per omnia perdicem

imitan

DIALOGVS

imitantur, ut præter exiguitatē & præssitudinem corporis planè nihil distent. LONG. Noui & ego, qui nobis ex coturnicibus alias aues facere tentarunt, interim demeror ignauiam hominum, qui ne de uocè, unde multis nomina indita sunt, eas agnoscūt: nam si iteratim sonos coturnicis, ita ut singulas syllabas toni tractu pronuncies, auis uocem te liquidò imitatam cognoscas. PAMP. Audio & alias esse, coturnicibus duplo maiores, quas Græci orthygomētras, id sonat coturnicum matres, uocant. eas autem, si potes, indica. LON. Nō arbitror Germaniæ nostræ ignotas. earum autem sonum si lubet exaudire, fac paulisper hîc opperiāmur. non dubitum quin & aucupes ubi audierint, faciliè nobis captam ostens

Orthygomētra,
Cenchramus, cyn
Screef.

DE AVIBVS.

ostenderint. Audin'ꝑ uocem mirifi-
 cam, instar coaxantium ranarum
 clamorem, sed subtiliorem multò
 & acutiorem. PAMP. Audio, rus-
 betam assererem, ni unico spiritu
 sapius ingeminaret. Hæc ne obse-
 cro orthygometra est? LONG.
 Mane sis paululum, ego eam nobis
 ab aucupibus adferam. En tibi or-
 thygometram. PAM. Hui quàm
 grandis hæc coturnix. LONG.
 Principio pennarum colorem uis-
 de, num quid à coturnice differat,
 rostrum longius est & acutius, cru-
 ra pedesq; satis etiam præ corporis
 spacio longos obtinet, colore inter
 croceum & uiridem medio. quin et-
 tiam frugilegus est, & aduena, ante
 quam coturnices haud uspiam aus-
 dias, & cum illa non auditur, neq;
 coturnices te speres amplius tum

uisurum, dicta fortasse ob id orthy-
 gometra, quod ueluti matrix illas-
 rum censerī debeat, à uocis crecissa-
 tione (sumamus enim à Grecis ue-
 luti accommodato): Græci quoq;
 cenchramum appellāt, ut nos Ger-
 mani screccum. Neq; etiam aliter
 ac corturnices retibus falluntur, ni-
 si quod hñs fistula imponitur, illas
 uerò imitatione uocis, ferrata co-
 sta, quam ferrea lamina, aut cultro
 ferratim leuiter percutiunt, in per-
 niciem agunt. PAMP. Ego apud
 quosdam non indoctos scriptores
 orthygometram esse didiceram
 eam autem, quæ circa solstitia hy-
 berna nobis uendi solet, rostro sci-
 licet longo, & ea propè crurum for-
 ma, qua nūc cenchramum mihi in-
 dicasti, cui à rostri lōgitudine à Ger-
 manis nomen rectè inditum est.

LONG. Ego auem istam apud Aristotelem ascalopam & scalopacem, quam Gaza gallinaginē, quòd gallinæ ferè corporis mole & moribus similis sit, uertit. Nemesianus scolopacem cum Herodiano appellat, & huius uenationem mox post otidem quibusdam notis similem statim describit. Aristoteles illius pennas attageni similes planè asseuerat. magnitudine gallinulæ, rostro lōgo, cursu celeri, addit et $\phi\iota\lambda\acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\rho\omega\pi\omicron\mu$ esse. Nemesianus columbæ quantitatem illi assignat, rostrum oppidò quàm longum, oculos pro corporis mole uastiores. Obtusum oculorum uisum. Herodianus syluestrem perdicem interpretatur. Nemesiani uersus, si quis expetit, sunt:

Cum nemus omne suo uiridi spoliatur honore,

DIALOGVS

Fultus equi niucis sylvas pete protinus altas
 Exuijs. præda est facilis, & amœna scolopax.
 Corpore non paphijs auibus maiore uidebis,
 Illa sub aggeribus primis quæ proluit humor,
 Pascitur, exiguos sectans obsonia uermes.
 At non illa oculis, quibus est obtusior, et si
 Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat,
 Impresso in terram rostri mucrone sequaces
 Vermiculos trahit, & uili dat præmia gule.

PAMP. Mirè mihi isthæc tua obseruatio & diligentia placet, atque utinam ut frequentes apud nos capiuntur, ita in auarijs continuo haberi possint, non arbitrarer ullas auium delicias hñsce conferendas.

LONG. Quasi uerò humana industria nõ & hic nobis rationem educationis docuisset. Nam sæpè in ornithone mihi sagina plenos fieri, uidere contigit. Hæc autem ex farina fagotritici cum aridis subacta ficibus paratur, quæ in labris pau-

lò latioribus effusa, copiosius aqua
conditum, eam rostris illis longissi-
mis hauriunt potius quàm ducūt.

PAMP. Non potest ista fartu-
ra, nisi magnis impensis fieri.

LONG. Hoc sanè nomine ab ea
multi abstinent, uerùm illi mihi
haud quaquam sapere uidentur.

Edunt enim omnium ferè mini-
mum, ut quæ carnosæ admodum
sunt, & ingluuie planè careant. A-

pus Batauos eadem forma rostri,
capitisq; item corporis, nisi quòd

longè minor sit, mensarum delitijs
maximè nobilis. at ista neq; in auia-
rio, neque in caueis uiuere digna-

tur. neque mihi constat, quo nomi-
ne hæctenus à ueteribus sit appella-
ta. Aduena est secundum uernum

æquinoctium, neque à marginibus
lacuum & stagnorum quoq; disces-

F 3 dit,

Sar
ineff.

DIALOGVS

dit. quare neq; *ΚΟΝΙΣΙΚΗ* est, cum ascos
lopax pulueratrix cognoscatur.

Pardalus,
eyn pulu-
nier.

PAMP. Viuit & plurimum cir-
ca lacus: quanquam & in agris quo-
que sæpe capiatur præclara ista
avis, quam Rom. nomine à pulue-
re fortè Germani appellant, attas-
men & hæc pulueratrix est, tu nos-
men illi propriū expedias. LON.
Dicam, neq; arbitror te reclamatur-
um obseruationi. Primūm avis
hæc cinerei coloris est, magnitudine
paulò turture minor, gregatim uo-
lat, neque temere à quoquam singu-
laris conspicitur: uocem emittit fre-
quentem, & minimè grauem, sed
eo ferè modo, quo illa nostratibus
appellatur: quanquam autem cine-
rei coloris sit, pennas tamen luteis,
inseq; obscuris maculis consperfas
habet, unde à Græcis pardalus ap-
pellatur.

pellatur. PAMP. Ergò pardalus nobis cognitus est. Sed Aristoteles minimè aduenam hanc auem, sed & semper conspicuam, ut coruos & cornices esse testatur. LONG. Scribit is (ut mecum nouisti) earum ferè auium mores & naturam, quas Græcia longè nostrati regione feruentior, & auibus gratior habet, apud nos nulla propè auis est, quæ per hyemem aut locum non mutet, aut non lateat. quam obrem quotusquisque nostrum, aut coruum, aut graculum, aut monedula per brumam uidet? PAMP. Videmus quidem, sed rarò. uerùm tu ad pulueratrics, quæso, redeas. LONG. In hoc numero & turdi sunt, quorum duo tantùm genera aucupes norunt, eam scilicet, quam Aristoteles trichada appellat, ma-

Turdus,
Trichas,
Kramel
vögel.

DIALOGVS

gnitudine merulæ, nigris quibusdã
in cinere maculis distinctã, mēsisq;
inter eximia uel optatissimam.

PAMP. Expecto & alterum illud
genus: nunquam enim arbitra-
bar Germaniam tantis dotibus pre-
gnantem. LONG. Ab Aristotele
κίχλι ἰλιὰς, à Myrdio Alexandro &
τυλάς appellatur: hæc reliquis longè
minor est, & gregatim plerunque
uictitat, in dumetis & inter humili-
ores syluas, iuniperos & aquifolias
degit.

PAMP. Illam dicis, cui
uulgus ab amaritudine nomen
indidit? LONGOL. Rectè
conñcis. Nam pimium illud genus,
quod picæ magnitudine est, & uisco
tantum uescitur, nondum, quod sci-
am, in nostra regione conspexi.

PAMP. Quoniam in alaudarum
mentionem incidimus, occurrit mi-

hi

hi illum ipsum Aristotelem, harum quoque species duas cognouisse: at iam nemo uiuit, qui præter has uulgares in segete nidificantes, & honesta uoce commendabiles, uiderit. LONG. Aristotelem & aliàs dixi, hac in parte minùs quàm in alijs historijs fuisse diligentem: quam ob causam nõ dedignabitur sibi & tertium genus notissimum passim omnibus adiungi. P A M. Tu uerò mihi satisfactum esse arbitrare, cùm Aristotelicis illis nomen dederis. LONG. Miratus sæpè sum Galeni tempestatem, cùm uiris etiam magnis auium formæ cognitionesq; tam fuere ignotæ, ut is coactus sit alaudas ita lectoribus suis, citatis huc & fabulis, & poëtarum testimonijs, describere, quem admodum in ludo grammatico li

DIALOGVS

teratores solent. PAMP. Ergo prius illud genus, quo nomine ab Aristotele nuncupatur? LONG. Corydalis notissima auicula, quam nos, etymon Græcæ dictionis spectantes, galeritam à galea similiter appellamus. atque hæc est illa notissima auicula, quam in caueis oblectamenti, quod cantu suo suavissimo præbet, alimus, in que segetibus artificio magno, quo pueros, & accipitres fallat, nidum constituens. Alteram speciem Aristoteles cristas carere asserit. PAMP. Quid Aristoteli in mentem uenit, uti contra Simonidem, qui omnibus galeritis cristam esse cecinit, cristam auem exuat? LONG. Noui Plutarchum id scripsisse, uerum ita se res habet. En tibi inter iuniperos & uepres istas quàm frequens myrica

Alauda,
Cassita,
Galerita,
Corydal^{is}
cyn
Lerch.

DE AVIBVS.

myrica est, uiden' has alaudas gregatim curfitantes, & tamen cristate non sunt. PAM. Video, nō putabā eas alaudas, sed secundā turdorum speciem, à qua tamen opinione me nunc abduxisti. LONG. Ego sanè idem aliquando existimabam, priusquam utriusque auis naturam à Christiano nostro aucupe didicissem. PAMP. Profectò me Germanica appellatio, qua syluestres alaude dicuntur, monuisse poterat. Sed tertia, quam tibi duntaxat notam esse ais, quæso quænam est? LONG. Ego tibi eam iam nunc indicare nequeo, sed signis quibusdā ita notabo, ut indicens pluribus tibi opus esse negabis. Cūm frigus intensum est, & nix agros passim tegit, in sterquilinijs, & prope horrea uidisti ne aliquando alaudas?

Alauda nō
cristata,
cynholtz
lerch

PAM.

DIALOGVS

PAMP. Vidi, sed primas istas,
 quas Aristoteles quoque agnoscit,
 non enim auolant. LON. Primum
 hoc uerū non est, nam illæ ipsæ, quæ
 hyeme nobiscum uiuunt, per æqui
 noctium auolant. Deinde non can
 tillant, sæpè enim in auuario carcere
 à me conclusi, & educati, præter uo
 cem, quam subinde iterant, & à
 qua Germanicum nomen habent,
 nihil planè loquuntur. Præterea ni
 dos non construunt in segete, uerū
 in fossis senticosis, non aliter
 ac passerēs maiores, quæ in uirgula
 tis summis desidentes, uiatoribus
 stridula uoce cū solis æstiuos æstus
 hiulcat agros, mirum in modum
 obstrepunt. PAMP. Cur tu hos
 passerēs uocas, cū unicum tātum
 modo sit genus, quo nihil frequen
 tius & molestius? LON. Certè Ari
 stotelem

stotelem testē nō habeo, sed recens
 tiorem quendam Græcum medicū
 cum, Ioannem Zachariam, quem
 Actuarium uocant. is lib. secundo
 regalium sermonū passerē istum de
 scribit: σρούθου δὲ τοῦ ἀγρίου καλουμένου σάρξ
 οὐδὲ περιήωμαλική, οὐδὲ δύσεπτος ἀλλ' ὡς ἐν ταῖς
 μάλισα ἐύχυμῳ, μαρτυρεῖ δὲ τράγων ὁ ἰατρός
 ὡς ὁ ἐγκέφαλῳ αὐτοῦ ιδιότητι τινὶ ἐπιλητη-
 κούς ὀνίνκωσιν. ἐστὶ δὲ ὁ μόνος σρούθῳ ὁ μεγαλὸς
 ἐπίγασος τις, καὶ μήτε ἐν δένδροις μήτε ὀκνημα-
 τίοις ὀικῆ, καθίζαντα δὲ ἐν θαλασσοῖς ἀκροῖς τῶν
 θαμνῶν φωνὴ μαλὰ σφόδρα κελαρίζων, νεμέται
 δὲ πυροφόρος, ἢ κριθοφόρος χάρας, ἢ νεοπένη
 ἢ τι πτωγῆν. τὸ δὲ χροῖμα καὶ μέγεθῳ ὁμοίον
 τῆ κορυφῆ ἀλω. Ἐπὶ τὸν χαμῶνα ὀνκ ὀρεῖται, ἀλίσ-
 κεται δὲ μάλισα γλαυκί. ὁ μὲν οὖν σρούθῳ
 τῶτον τὸν τρόπον ἔχει. Hoc est, passeris
 uerò magni caro neq; redundans,
 neque concoctu difficilis, sed præ
 reliquis boni succi. Testatur Tra-
 gon autem medicus, quòd cerebel-
 lum eius proprietate quadam cor-
 mitiali

DIALOGVS

mitialibus auxiliatur. Est autem
 passer magnus, terrestris aliquis,
 neq; in arboribus, neque domibus
 habitat, uerum in summis uirgulis
 desidet, uoce admodum ualde
 garriens. pascitur autē in triticum
 hordeumq; ferentibus agris, & ni-
 dum in terra collocat, colore & ma-
 gnitudine alaude similis: hyeme
 non uisitur, capitur uerò maxime
 noctu. Passer itaque in hunc modū
 se habet. PAMP. Belle sanè de-
 pingit Auctuarius iste passerē ma-
 gnum, sæpeq; miratus sum tam in-
 signem librum à te suppressi, maxi-
 mè cum & herbarum, animaliumq;
 multorum picturas & descriptio-
 nes, quòd alijs non fecere, post Di-
 oscoridem diligentissimè adiun-
 gat. LONG. Sæpè mihi dictum
 est, Parisiensium ornamentum Io-

annem

DE AVIBVS.

annem Ruellium omnia Auctuar
 rii scripta edere instituisse, qua de
 causa, cum meus liber *ἀκέραιος* fit,
 & uidentur ex sermonibus suis ali
 quot deesse, nolui haecenus medi
 cinæ studiosis truncatum & mutis
 lum codicem obijcere: uerum si il
 li, in quorum manus Ruellii codi
 ces peruenere, cum iam uita fun
 ctus sit Ruellius, diutius suppreffe
 rint, dabo qualē mihi habere con
 tigit. PAMP. Iam propemodū
 in passerum historia de pulueratri
 cibus mihi satisfactum. LONG.
 At tu quot passerum genera esse
 existimas? PAMP. Equidem unis
 cum tantum genus noui, quod uul
 gō quoque uel pueris notum est.
 LONG. Si pueros interrogas,
 non dubium, quin aliter de ea re
 loquantur. Sunt enim passerēs aliī,
 qui

DIALOGVS

qui apud nos in ædium & turrium
 cauernulis, quin etiã capsulis pens
 silibus nidum collocant, corpos
 re paulò syluestribus maiores, &
 capite pro corporis portione satis
 magno. Sunt & aliñ, qui in arborũ
 truncis, qui longo situ foraminosi
 sunt, nidificant, uitæ quàm superi
 ores diuturnioris, corporeq; mul
 tò minores, horum colla plumæ
 candidæ, ueluti torques aliqua circ
 cundant, unde & apud nostrates no
 men inuenère, qui per hyemem fe
 rè omnes auolare consueuère. Sed
 quid de his minutis auiculis uerba
 diutius facimus, cùm iam sol ad oc
 casum properet, & per umbras mo
 nogrãmi quidam uidemur? itaque
 passeribus relictis, domum conce
 damus, de speciosioribus, & culinæ
 magis utilibus cras differamus.

PAM.

PAMP. Tu uerò passeret relin-
quēs, uide ne tibi contingat, quod
uetustus ille Græcorum senarius
minatur :

εξουθόμκρατῶν φείγοντα προσδῶκα ελάσμη.

LONG. Ego uerò eiusmodi mi-
nas flocci facio, neq; tanti fecerim
hanc iacturam, uti mihi hac de cau-
sa silētium imponi sinam. Sed quia
de pulueratricibus tibi satisfactum
arbitror : si commodum est, ad alia
genera contendamus. PAMP.
Sed quid de columbis, cur tu illas
in eo numero non recensēs?

nam & has puluere de-
lectari existimo.

LON. Lon-
gè ali-
ter ego censeo.

G

GVILIELMVS TVR

nerus candido lectori S.



Actenus hospes olim meus Longolius. Porro, quæ sequuntur, eadem in fine autographi sui sparsim, nullo obseruato ordine, scripserat. Quorum tamen quedã sunt aliorũ de nominibus auium opiniones, quedam ipsius coniecturæ. Quæ omnia, nisi Deus illum nobis è terris eripuisset, ut sic nostram in pios & doctos uiros ingratitude[m] ulcisceretur, ad Aristotelis, Plinij, & similium scriptorum classicorum normas exacturus erat, & de singulis auibus fusiùs scripturus. Horum libuit te (candido lector) præmonere, ne pro ueris & indubitatis acciperes, quæ cum Aristotele & Plinio diligentius expensa mihi pugnare uidentur. Et omnia rursus, qualiacunque sunt, adscribere placuit, partim ne, quæ lectu dignissima sunt, mihi ipsi de industria supprimere, ideo uiderer, ut me de auibus breui scripturum, alienis uestirem plumis: partim, ut hinc Longolij studium in promouendis bonis literis, & amor eius in studiosam iuuentutem facilius omnibus innotescerent.

Agitbus

DE AVIBVS.

Aegithus auicula, eyn graswürsch. *Curucā* alij dicunt.

Cenchramus, eyn screcke, rostro paulò lögiori, pedibus longioribus, & duplo corpore maiori coturnice, cruribus item longis. Discedunt primi, & primi ueniunt isti.

Coruus rubro rostro, apud Anglos inuenitur, cuius meminit Plinius.

Accipiter, ἰεράξ, uulgò eyn habich.

Accipiter fringillarius, Græcè ἰεράξ στίγλας.

Accipiter palūbarius, Græcè ἰεράξ φασοφόρος.

Trichas, uulgò eyn frammeß vögell.

Tylas, uulgò eyn bitter.

Turdella, uulgò eyn droeffell.

Melancoryphus, uulgò eyn blötsinck.

Merops, uulgò eyn grönspecht.

Parus maior, uulgò eyn fôlmeß.

Parus minor, uulgò eyn Pimpelmeß/oder meelmeß.

Chlorcus, uulgò eyn geelgôß.

Merula, uulgò eyn merll.

Chloris, uulgò eyn zyschen.

Chlorion, uulgò eyn wedewäl.

Molliceps, uulgò eyn hâr snepff.

ωῖζα, *fringella*, uulgò eyn böchsinck:

Gallinago, uulgò eyn holdtsnepff.

ΕΠΙΤΑΦΙΩΝ

Tetrabo siue tetrrix, vulgò cyn trapgangz.

Pardalus, vulgò cyn pulnier.

Batis, vulgò cyn flabfinck.

Spermologus, vulgò cyn roeck.

ΕΠΙΤΑΦΙ
ΟΝ ΤΥΒΕΡΤΟΥ ΛΟΝ

γολίς Ουτρεκίως, τῷ ὄν τοῖς περὶ ἰατρικῶν γνῶ
ριμωτάτῃ, ἑὸς ΑΛΞΕΡΤΩ ΟΥΡΑΝῶ
συγγραφάμενον.

Τὸν τάφομ ὅσις ἀνῆς τῶτον ἰαχὸν ἀμφιπολεύεις,
Μὴ ἄγε βραδύνης τῶτ' ἀναγνώναί ἐπιθῷ
κρυπτῆ λογολίσιό δέμας μὲν γὰρ ἰατροῖο,
Γνεῦμα δὲ καὶ τύχηρ, οὐρανῶ ὑψῷ ἔχα.

ΑΛΛΟ

Γράμματ' ἐπὶ κόσμῳ τε καὶ οὐρανῶ ὅσις ἅπαντα
κυβέρνῃ, σῶμα δὲ τοῖ' ἐδ' ἑδῶκα ἔπη
Ο ΓΥΒΙΡΤΕ κλέος μέγα ἦν ἰατρῶν ἐπὶ κόσμῳ
Ρωμαῖκῃ γλώσσῃ ἀργολυκῆς τε λιμῆ.
Δεῦρο πατρὸς σου, ἐγὼ σε πατρός νῦν ἀίθρια, ναίψι
Δώματ' ἄνδρῶσιν θέμνα μάκαρσι, θέλω.

ELEGIA ALB. HOR.
stani in obitum Gyb. Longolij,
sui quondam præceptoris.



VSA ueni rigidis mœstissima pe
ctora palmis
Tundens, heu nimij causa do
loris adest.
Musa ueni mixtas lachrymis fu-

sura querelas,

Et nisi quod corpus sædet habeto tuum.

Quem Latiae decorant Graiaeque uolumina gentis,
Longolium mortis corripuere manus.

Siccine perdocti medici clarique per artes

Ah decuit Parcae rumpere fila truces?

Sicci ne qua longum debebant stare per æuum.

Hei mihi maturos frangitis ante dies?

Qui modò florentes annos ætatis agebat,

Doctrina maior, quiq; futurus erat:

Occidit ille quidem, iam tum uernantibus annis:

Sed fuit ingenio semper adultus homo.

Sic tenuit fontes Latij sermonis ortus,

Vis propria ut posset nulla latere uirum.

Argolici linguam populi sic nôrat ad unguem,

Illam de gente ut dixeris esse satum.

Quod si uerba metri scribebat lege remota,

E L E G I A

Hic Cicero posset scripta probasse uiri,
 Sermoq; si numeros erat astringendus ad aptos,
 Hic quoq; Nasoni dixeris esse parem.
 Si sua forte alijs tradebat dona docendo,
 O quam mirifica dexteritate fuit?
 Haud nimio hæc raptus fero præceptoris amore:
 Nanq; eadem scripsit, quæ monimēta probant.
 Sum (quorum pars ipse fui) hoc didicere magistro,
 Hæc quoq; qui grato pectore uerba sonam.
 Norat Apollo tuum dextrè inuentum medicinam.
 Heu nequit inuentum, quam dare debet, opem
 Aegris hoc quondam poterat dare grata salutis
 Pharmaca, nunc domino cur dare nulla potest?
 Hac cine mortales uitæ ratione potimur?
 Hac cine tam misera conditione sumus?
 Profumus hic alijs, illic prodesse nequimus
 Nobis: hoc fieri qua ratione putem?
 Scilicet haud cuiquam fines excedere fati,
 Vlla propositos conditione licet.
 Heu nubi præfixam quòd non euadere metam
 Huic licuit per te mortis auara manus.
 Tu rapis (è homines nimia ratione dolendos)
 Quis bona naturæ magna fuisse uides.
 Ergo ne præstiterat tua nunquam lumina Phœbe
 Lustrasse, aut rapida mox perissee nece?
 Quid loquar, incertâ: fileam? ne, an pectore fundam
Talia

IN OBI. GYBERTI LONG.

Talia? natura es pessima sæpè parens.

Ast ego quò ducor? quò me rapit impius error?

Improba cur raptus uerba furore loquor?

Num decuit latuisse uirum, cui diuite cornu

Ipse pater dederat maxima dona Deus?

Dij meliora. citò num claram lampada Phœbi

Deseruisse bonum, si licuisset, erat?

Hinc procul hinc stolidæ sit talis opinio mentis,

Μωρόσοφ' hoc gentes perfida turba uelint.

Verùm, quàm poterat bene nūc docuisse iuuetam?

Quàm bene de Christi promeruisse grege?

Ast aliter uisum fuerat tibi Christe redemptor,

Quod cupis, hoc fieri nos quoq; uelle decet:

Ecquid enim possit tua prudens uelle uoluntas,

Quàm quòd ad æternæ dona salutis agat?

In tua quum moriens dederit sua uota libenter

Longolius, cœlum non habitare nequit.

EPITAPHI
VM DOCTISSIMI VI-
ri, Medicinarum doctoris clarissimi,
Gyberti Longolij, Bonnæ, quæ est
ciuitas terræ Coloniensis, se-
pulti.

Aduiatorem.



VI legis hæc, luctum & lachrymas
compesce uiator,
Vllo nec turbes, qui iacet hic, stre-
pitu.

Hoc clausus tumulo est Longolius ille, medendi
Qui de tot uiuens primus in arte fuit.
Ingenio, forma, paucis: nulli probitate secundus,
Viuerè per superos si licuisset, erat.
Fata diu domuit, fatis superatus iniquis,
Nec damnum credat, qui sapit, esse leue.
Commodus hic patriæ nullo non tempore uixit,
Vtilis atq; foris, utilis atq; domi.
Quem fors, quæ ratio, mentis quem uiuidus ardor,
Quemq; immortalè uitæ beatæ facit.
Viuit adhuc felix, placidaq; quiescit in urna,
Viuit

GYBERTI LONGOLII.

*Viuit adhuc, nunquam qui moriturus erat.
Dum uiuit felix, felix dum mortuus; ille
Viuere non potuit, nobilius ue mori.*

ALIVD AD EVN-
dem.

Hoc tumulo prudēs, fortis, patiensq; potensq;
Felix & constans, qui requiescit, erat.
Qui legis, insolita motus nouitate uiator,
Qui legis ista, precor da lachrymas tumulo.

ALIVD.

QVIS lugere satis Gybberti funera possit?
Id nullæ lachrymæ, lumina nulla que-
unt.

*Viuere si posset lachrymis, redlimiq; querelis,
Et quæstu & lachrymis Græcia plena foret.
Hic poterat patriæ summum decus addere, gentem
Artibus hic poterat nobilitare suis.
Nam mirāda hominis uirtus, mens candida, corpus
Formosum, constans, & sine labe fides.*

EPITAPHIUM
IACOBVS TRELIVS
Dauentriensis.

Civis in æternum uictura est gloria, donec
Veliferū rapidas æquor habebit aquas;
Illius hinc modica corpus requiescit in urna:
Ossaq; sub paruo marmore tecta latent.
Scilicet, hoc tumulo clauserunt fata Gybertum,
Longolium, Clarij spemq; decusq; chori.
Spiritus æthereas penetrauit nobilis arces,
Fama uiri non, quo contineatur, habet.

ANDREAS A MAN-
delsloe.

En præuerterūt, cōpleto haud tempore, fata,
Fata, quibus nos uult subdere colla Deus.
Ex hoc, qui fuerat ueræ uirtutis amator,
Discite ritè omnes uiuere, ritè mori.

GVILIELMVS

TURNERVS.

Civis in hoc tumultu requiescūt molliter ossa,
Mens pia cum Christo uiuit in arce poli.

Gybertum dixere patres de fonte leuantes.

Longolium, gentis clara propago suæ.

Linguae adeo Græcā Latiamq; tenebat ad unguē,

Nullus ut hunc Batauum crederet esse uirum.

Hic docuit iuuenes multas foeliciter artes,

Et mira Græcos transtulit arte libros.

Quidquid habet pelagus natitās, & gressile terra,

Et quidquid uolitans, maximus aër habet,

Omnia Longolius studuit cognoscere, & uni.

Quantum homini licuit, calluit illa probè.

Non parus cum laude suis fecit medicinam

Ciuiibus, hic rara dexteritate fuit.

Expectans reliquos fratres hinc nunc requiescit,

Euigilaturus, tempore (credo) breui.

LONGOLIUS

Vixi, quod uolui: uolui, quod fata uolebant,

Nec mihi uita breuis, nec mihi longa fuit.

E L E G I A
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΗ
ad studiosos, Gyberti
Longolij.

Scilicet immensum nihil immortale per orbem
Permanet, & longos nouit habere dies.
Non eadem redeunt fuerant quæ tempora nobis,
Mutat & ætatis labilis hora gradus.
Ver fuit, & uario tellus ridebat amictu,
Hinc uiolis, illinc tota adoperta rosis.
Tunc etiam uirides tendebant brachia quercus,
Pandebatq; suas populus alba comas.
Percussæq; noua dulcedine corda, uolucres
Iactabant letos per nemora alta sonos.
Ver abit, insequitur soli sed gratior æstas,
Torret & arentes Sirius acer agros.
Desinit aëria residens miserabilis ulmo
Plorare absumptum Thracia mater Ithy.
Illa fugit, redolet liquido uindemia fœtu,
Dum pater autumnus sordida musta premit:
Dumq; senex facilis Satyros imitatur onantes,
Pictaq; odorato proluit ora mero:
Et iubet agricolas gelidæ meminisse pruinae,
Nam solet incautos opprimere illa uiros.
Hæc ait, en subito glacialibus exilit antris,
Autumniq; fores frigore rumpit hyems.

Detrahit

GYBERTI LONGOLII.

Detrahit arboribus frondes, & gramina campis,
 Turpat & albenti tristia prata coma
 At quicumq; alijs plus est cordatus in agro,
 Quiq; senum uerbis pondus inesse putat:
 Veris & aestatis congestis fructibus, atq;
 Autumnū, instruxit seq; suamq; domum,
 Horrea flauenti frugum sub pondere nutant,
 Respuit & plures cella referta cados.
 Plenaq; selectis gaudent pomaria donis,
 Nec uacuum quidquam sustinet esse domū
 Nunc quoq; securus dulci cum coniuge mensas
 Extruit, & faciles prædicat usq; toros.
 Ponitur huic quidquid fumosa prostat in urbe,
 Potat & annosum non sine sorte merum.
 Ipse suas gaudet tripudia ducere natas,
 Immemor atq; operum, gaudia mille capit.
 Hæc nisi sollerti complexus mente fuisset,
 Iam poterat casus mille subire famis.
 Iam uelut Irus inops inuisaq; musca ministris,
 Alterius poscat turpiter ore dapes.
 Nec secus ætatis decet obseruare periculum,
 Namq; ruit celeri iugiter illa pede.
 Quem modò solliciti spectarunt flere parentes,
 Miratur cumis se potuisse capi.
 Ver agit illa quidem iam tum florentibus annis,
 Et potis est duras ferre labore manus.

ELEGIA

Tum poteris fida semen committere terra,
 Expectanda tibi si modo messis erit.
 Ergo prius iuuenes ueniat quam serior aetas
 Discite, longæuam quo iuuet esse senem.
 Nam quæ præterijt, non est reuocabilis aetas,
 Nec licet annosam deposuisse cutem.
 Namq; olim magnus hominum sator atq; deorum,
 Qui de Saturni semine primus erat,
 Cum sua germanis bona traderet, optima sumpsit
 Ipse sibi, ut cæli cæcula templa colat.
 Tunc mare uelivolunt dixit Neptunia regna,
 Iussit & incuruas illius esse rates.
 Inde Acherontei tenebrosa barathra recessus,
 Plutoni partes non negat esse pares.
 Sic soror in thalami, regni, quoq; parte recepta,
 Aëra per liquidum sceptrum tremenda tenet.
 At pater omnipotens cunctis animantibus apta
 Dona parans, homini munera nulla dabat:
 Donec ab excelsa tulit ætheris arce Prometheus
 Semper florentes & sine morte dies,
 Quis nunc omnis erat iuuenisq; senexq; beatus,
 Defuit at menti consilijq; locus.
 Quandoquidem tardi costis committere aselli
 Præmia cæligenæ non timuere Iouis.
 Mox asenus sitiens onerisq; uiaq; labore,
 Fortè uidet riuum prætereuntis aquæ:

GYBERTI LONGOLII.

Unde sitim cupiens reslinguere, labraq; mergentis,
 Repit ad optatas frigidus anguis aquas.
 Nec patitur siccas asinum sibi tingere fauces,
 Ni in precium fontis nobile ponat onus.
 Sarcina (quid faceret?) dorso est excussa gementis,
 Explet & ingluuiem bestia stulta suam.
 Dipsades hinc, & qui sinuosus labitur anguis
 Passibus, agnoscit tædia nulla senum.
 Torpida nam quoties sensit sua membra senectæ,
 Exiit, & turpes projicit exuuias.
 Nos contra innumera circumstant undiq; pestes,
 Et quodcumq; mali pigra senectæ parit.
 Sed tamen hisce malis succurrere Iuppiter optans,
 Misit ad humanum splendida dona genus.
 Cuius Atlantiades iussu Deus orgia nobis
 Musarum, & Phœbi sacra colenda dedit.
 Unde omnes cœli causas, terræq; marisq;
 Discimus, & clarum reddimus ingenium.
 Hinc nullam docti tristem nouère senectam,
 Famaq; perpetua nobilitate uiret.
 At qui dum primos poterant perferre labores,
 Addere uomèribus non uoluère manus.
 Donaq; munifici Iouis imposuère ferenda
 Aurito & segni tardipediq; asino.
 Hys nunquam ingenij messis matura legetur,
 Nec senij aut mortis damna cauere queunt.


F I N I S

186058

GYBERTI LONDOLII

Fidei firmitate confirmata, de qua
legem accepit, in ydibus Augusti
Mox postquam de hinc inde
Nunc per nos hinc inde
Sicut et in extera parte
Rex et in hinc inde
Dignitas etc. in hinc inde
Pactis etc. in hinc inde
Totum etc. in hinc inde
Eius etc. in hinc inde
No etc. in hinc inde
Et quod etc. in hinc inde
Sed etc. in hinc inde
Cuius etc. in hinc inde
Vt etc. in hinc inde
Dicit etc. in hinc inde
Fidei etc. in hinc inde
At quod etc. in hinc inde
Ad hoc etc. in hinc inde
Tunc etc. in hinc inde
Sic etc. in hinc inde
Per hoc etc. in hinc inde

E I N I S



24061. - 24064.

